R. 3131

ISTOTELIS
HERMENIAS HOC
DE INTERPRETATIONE LIBER:

A MAGNO AVGVSTINO NIPHO PHILOSOPHO
SVESSANO INTERPRETATVS
ET EXPOSITVS.

AD IOANNEM FRANCI
SCVM ARENEVM EXCELLENTISSIMVM
ARENARVM COMITEM.

Nº

A. 15 44

VENETIIS
Apud Octauianum Scotum. D. Amadei.
M D XLVII

R. 3131

ISTOTELIS
HERMENIAS HOC
DE INTERPRETATIONE LIBER:

A MAGNO AVGVSTINO NIPHO PHILOSOPHO
SVESSANO INTERPRETATVS
ET EXPOSITVS.

AD IOANNEM FRANCI
SCVM ARENEVM EXCELLENTISSIMVM
ARENARVM COMITEM.

Nº

A 55 44

VENETIIS
Apud Octauianum Scotum. D. Amadei.
M D XLVII

ARISTOTELIS DE interpretatione Augustino Nipho philosopho Suessano interprete atq; expositore.

LIBER PRIMVS.

FORTET primũ constituere quid nomen, & quid uerbum, deinde quid est negatio, quidue affirmatio, atq; enuntiatio, & oratio.

Com. 1.

OMISSIS ventosis exordijs, breuibus Aristoteles quod pertractare vult, proponit. Nam rei intentio, & subiectũ apud grecos idem sunt, differũtq; ratione. Vt enim subiectum habet rationem finis, intentio nũcupatur. vt vero habet rationẽ materię, in qua propria insunt accidentia, subiectum siue materia a nostris appellatur. Est autem intentio libri prẽsentis subiectũ, siue materia enuntiatio ipsa, cuius partes cõstituiuę, quę integrales dicuntur, sunt nomen & verbum. Primę vero & primarię species, sunt affirmatio & negatio. genus aũt enuntiationis est oratio. Hanc igitur intentionẽ proponit, & inquit [Primũ oportet constituere] hoc est definire [quid nomen, & q̃d verbũ] vt integrales partes enuntiationis, verbũ illud [oportet] non dicit necessitatẽ simplr, sed cõditionẽ. nã si de enũtiatione pertractaturus est, opus est primo de nomine, deq; verbo percurrat. [Deinde] & quasi secũdo loco [quid est negatio, quidue affirmatio] tanq̃ prima rię enũtiationis species. [atq;] tertio quid [enũtiatio] quid [& oratio.] enũtiatio quidem vt intentio, subiectũ ac materia. oratio vero vt genus subiecti. Multa greci vt Ammonius. Philoponus, & latini vt Boetius, & Thomas cõtendunt circa seriẽ verborũ, quę, quia ventosa sunt, ad cõmodũq; non multũ accepta. hęc sufficiãt. ¶ Boetius hic subiectũ, materiã, ac intẽtionẽ libri ait esse interpretationẽ. Nã in scripto libri ab eius intentione fieri assoluet, vt inquit Philoponus in primo Priorũ. ¶ Obijciunt cõtra quidẽ viri clarissimi, qui subtiles perhibentur. Nã interpretatio vel sumitur pro voce articulata cũ intentione quicq̃ significãdi plata, vel pro voce articulata prolata ad significandũ esse, vel non esse. Primũ quidẽ non. nã tunc esset nimis cõe, esset enim cõpositis & simplicibus cõe quoddã. Hoc autem falsum est, quia liber hic est de medijs. Nec secundũ, quia liber hic non est de voce, sed de intentione. ¶ Propter hęc enuntiationẽ in mẽte subiectũ esse fingũt. ¶ Hęc puerilia sunt, nec digna nostra disputatione. ¶ Verũ si ipsi enũtiationẽ mentalẽ subiectũ esse fatẽtur, ad quẽ de vocali, vel scripta inqrere attinebit? ¶ Propter hoc q̃ græce ermẽia. appellaẽ, latine iterp̃tatio: nã siue enũtiatio, siue interpretatio dicaẽ, idẽ est. Et de hac est liber pñs, de mẽtali quidẽ vt q̃ de vocali vel scripta vt signũ, de reuero vt cã. Nã veritas in voce est vt signũ, in mẽte vt subiectũ, in reuẽ in causa, vt dicit Ammonius, nec aliter Boetius sentit. Multa alia dici solẽt, quę, quia facilia, prætermittimus. nñi. n. frequenter circa facilia fimbrias dilatant. circa vero ardua & occulta voces summittũt. Tu vero a nobis contratiũ expectabis, quantũ videlicet a nobis fieri põt.

Subiectum est idẽ cum intentio idẽ Enũtiatio subiectum est.

Excusatio

Põ Boe. de subiecto

Obiectiones contra Boetium.

2. positio.

Cõfutatio.

Ermenia quid.

Excusatio

¶ Sunt quidem igitur ea quæ in uoce, earum quæ in anima passionum, notæ. Et quæ scribuntur, eorum quæ in uoce. Et quemadmodum nec literæ omnibus eædem, sic nec uoces eædem.

¶ De noĩe, deq; verbo, enũtiatione, ac orõne ptractare, proposuit, ante tũ q̃ de his, psequaẽ, quędã coĩa de vocibus scripturis, ac aĩę passionibus intercipit, sed de causa intercepti ambigũt expositores. Herminius necessitatem illius modi intercepti fuisse autumat, vt, ppositę rei cõmodũ insinuaret. ¶ Sed hoc stare nõ potest, nã vtilitatis cũ modiue narratio, phemij pars est, ut Aris. in rhetoricis tradit. sumus aũt nũc ipso in tractatu q̃ verbũ [igiẽ] inuit. Porphyrius interposite rei cãm, ppter veterũ dissensus circa vocũ significationes, inquit. nã veterũ quidã voces, formas, siue ideas significare credidere, alij cõceptiones, alij sensus, sensationes siue ipsas, alij res existẽtes. quia igiẽ Arist. de noĩe, deq; verbo ptractaturus erat, cõtrarias dispõnes, ac aduersa impedimẽta eligẽdo, veteri q̃ni gñatim cursimq; satisfecit. ¶ Sed nec hoc stare põt. Primo q̃ q̃stio hęc partẽ ad quãlibet definita, q̃ dicturus est de noĩe & verbo, non impedit. Secundo hęc res est grauis estq; altioris negocij, trãscẽditq; limĩa pñtis voluminis quũ de ideis, deq; formis cõtẽdat. ¶ Melius igiẽ cũ Alexãdro, Ammonioq; sentiẽdũ, q̃ Arist. hæc præaccipit. Tũ vt genus definiẽdarũ rerũ colligat. Tũ dr̃iam cõstitutiuã videlicet q̃ nom̃ verbũ quęq; ad placitũ significẽt. Tũ dr̃iam discretiuã videlicet vt nomẽ sine vero & falso, enũciatio, & orõ cũ vero vel falso. Hęc enim Arist. aĩaduertẽs quędã coĩa de vocibus, scripturis, ac passionibus præaccepit. ¶ Assumit igiẽ quatuor ad pñtẽ ptractationẽ cõserẽtia, res videlicet cõceptiones, voces, atq; lr̃as. Oportet aũt primo petere hęc quatuor non frustra esse, sed aliquẽ, ppter finẽ. Siqdẽ neq; natura, neq; ars, aliqd frusta faciant. ¶ Secũdo petimus horũ quatuor duo esse natura scĩe habẽtia, vt res, cõceptionesq; duo vero positione, vt voces, & lr̃ę. Vt igiẽ scias q̃ horũ natura se habeãt, quęue positione, ponit p̃ceptũ eiusmodi, q̃ quæ apud oẽs eadẽ sunt, hęc natura se hñt. q̃ vero nõ apud oẽs eadẽ, hęc positione se hñt. Huius p̃cepit prima pars co patet. quòd natura in cunctis vniformis est, & similis. Positio vero euariat. Quare quum res & conceptiones apud oẽs eædẽ sint, natura se habẽt. voces vero, & lr̃ę, quũ euariẽt, positione habenẽ. ¶ Arguit igiẽ, quæcũ q̃ sunt aliorũ signa vel notę, positione se hñt. Voces, & scripta sunt notæ vel signa aliorũ. nã voces sunt notæ cõceptionũ, scripta vero vocum igiẽ voces & scripta sunt positione. prę ponit minorẽ. d. [Sũt quidẽ igiẽ ea quę in voce,] cuiusmodi sunt noĩa & verba [earũ quę in aĩa passionũ notę, & quę scribuntur.] Sũt notę siue signa, [eorũ quę in voce] Hæc vt minor. quasi cõcludit, & inqt [Et] hoc verbũ in greca cõstructione, qcquid greci sentiũt vim habet sępe illatiuã apud Arist. quasi dicat. [Igiẽ quẽadmodũ nec lr̃ę oĩbus eędẽ sic nec voces eædẽ] verbũ [sic] in verbis græcis nõ est, sed ex vi cõstructionis subaudiẽdũ. Secũda igiẽ præcepti pars p̃spicua videlicet q̃ ea quę in voce, & quæ scribunẽ positione se hñt. Aliter intelligi põt, vt dicemus. ¶ Quæriẽ verbũ illud [igiẽ] quomodo tenetur. Expositor latinus ait dixisse igiẽ, quasi ex prẽmissis cõcludẽs, hũcvidelicet in modũ de noĩe, deq; verbo p̃tractãdũ, noĩa & verba voces sunt igiẽ de vocibus p̃tractãdũ. Greci oẽs verbũ illud esse notã executionis, & nõ illationis affirmãt, quod mihi cõueniẽtius est. ¶ Quęrit secũdo Ammonius cur primo e vocibus, q̃q̃ e rebus sermocinari cæpit. Dicẽdũ de eis primo tanq̃ a magis huic libro cõueniẽtibus, qcquid Ammonius dicat. ¶ Quęrit tertio Porphyrius cur dixit [Sũt quidẽ igiẽ ea quę in voce] & nõ [sunt quidẽ igiẽ voces.] Itẽq; cur nõ dixit literę vti [ea quę scribunẽ] dicit. ¶ Por-

Com. 2.

Dubitatio de causa intercepti.

Causa hermij.

Causa porphirij.

Cõfutatio

Expositio causę secũdum veritatem.

Que Arist. assumit 1. petitio.

2

Precepturm

Quę nam sint.

Que positione.

Syllogismus literæ

Dubõ. 1.

2. Dubõ Ammo.

3. Dubõ porph.

Responsio por. phytius vult ꝙ nomen & verbum sunt partes orationis prolate, est enim oratio prolata totū quoddā integrale ex nomine & verbo constitutū, nomē vero & verbū scripta partes orōnis scriptæ, & qm̄ partes sunt in toto magis q̄ cōtra totum in partibus, nā cōtinet totū partes, & nō ecōtra. Idcirco inquit [sunt quidē igitur ea quæ sunt in voce] hoc est nomē & verbū, quę sunt in voce, hoc est orōne, plata vt partes [earum que sunt in aīa passionū notę, & ea **Cōfutatio** quę scribunt.] videlicet nomē & verbū in scripta orōne [eorū quæ sunt ivoce.] ⁋ Sed hęc expositio ridēda est. Tū primo qa cū difficultate intelligit partes esse in toto, esse ī enim nō cōpetit partibus nisi improprie quarto physicę auscultatiōis, est aūt loquēdū vt plures, secūdo Topicorū. Tū quia in tā exiguo sermone ęquiuocaret de esse in. Nā **Aliorum erratum.** dum dicit [eorum quę sunt in aīa] sumit esse in, vna rōne, dum dicet [ea quę in voce] alia rōne. ⁋ Simili rōne errant qui voluīt esse in, capi vt inferius cōtinet in suo superiori. **Expositio propria.** Nā primo ī verbo esse, in, accipet ꝓprie, secūdo vero improprie. ⁋ Quare melius esse, in, invtroqꝫ eodē mō accipiēdū est. Nam nomen & verbū sunt in voce, vt in subiecto, vt res artificialis in re naturali. erit igit sensus [sunt qdem igitur ea quę in voce] vt nomen & verbū, que in voce herēt, vt ī materia & subiecto [notę earū passionū quę in aīa sunt] etiā vt in materia & subiecto. Nā cōstat tunc **4. dubita. Ammonij** Arist. nō æquiuocasse verbo illo esse in. ⁋ Quærit quarto Ammonius cur Arist. ait passionū, pathema .n. grece passio ē, passio aūt affectus, mō effectus nō est cōceptio, siue **Solutio Similitudo conceptio per passio idē sunt.** sīlitudo, quā Arist. intelligit. ⁋ Dicēdū, ꝙ hęc tria videlicet similitudo, cōceptio, et passio idē sunt, alia tm̄ rōne, cōceptio .n. intellectio vt intelligēdi principiū, & rō, vt vero a re ipsa deriuat, similitudo siue spēs, vt in intellectū ipsum perficit, passio, vnde & intelligere et sentire in quodā pati saltē perfectiue consistit, vt dicit in his quæ de aīa. vnde q verbū græcum παθημάτων in latinum cōuertunt effectuū, **5. dubitatio** nec grecissant, nec grecā constructionem sentiunt. ⁋ Quinto quęrunt multa esse in voce, quę non sunt passionū notę, vt grauitas, acuitas, & accētus, & id genus. Dicēdū ꝓpositionem Arist. indefinite esse legendam, non autē vni**6. dubō.** uersaliter. ⁋ Sexto petunt vtrum vt ea quę in voce notæ sunt eorū quę in aīa, ita ea quæ scribunt, eorū quæ ī voce. **Alexan. responsio.** ⁋ Respondet Alexander ꝙ sic, & tunc lr̄a est legenda sic. [Sunt qdē igit ea quæ in voce, earū q̄ in aīa passionum notę, quēadmodū quæ scribunt, eorū quę ī voce.] Nam verbū illud καὶ grecū, quod latinæ frequētissime ī & conuertitur. Interdū Alexander vult apud grecos accipi pro nota similitudinis, vt pro sicut, vel quēadmodū, & id ge**Obiectio Porphyrij** nus. Hæc Alexan. diceret. ⁋ Huic obijcit Porphyrius. Primo, quia ad simplicē sensum nihil addi oportet. Secundo, quia in tā breui ordine, tāqꝫ breui orōne, non est partitio intercidēda. Tertio, si ita se habēt quæ scribuntur ad voces, vt voces ad ea quę in aīa, tunc vt voces varijs literis **Expositio propria** ꝯmutant, sic passiones varijs vocibus euariabunt. ⁋ Mihi vester cū Alexādro & Aspaxio, & ita secūdo mō exponi potest, vt Arist. prosequēdo de nomine verboqꝫ primo colligat inter voces et scripta cōueniētias, secūdo inter res **Voces & scripti conueniunt.** & passiones. Voces igitur & scripta conueniūt primo ꝙ ambo sunt vt signa, voces qdē conceptionū, scripta vero vocū. Secūdo ꝙ vt voces nō sunt oībus eadē, ita scripta. Inquit [sunt qdem igitur quę invoce, earū quę in aīa, passionū notæ, & quæ scribunt, eorū quę ī voce.] Quare voces & scripta cōueniunt in hoc, ꝙ ambo sunt vt notę siue signa. Et hæc est prima conuenientia. ⁋ Deinde subscribit secundā. d. [& quēadmodū quę scribunt non eadē omnibus, sic neqꝫ voces eædē.] Hęc est secūda cōueniētia. Dixit aūt [in aīa] quod grece est psyche, & non in intellectu, quo**Psychegia** niā intellectus etiā ad diuinum refertur, aut ꝙ intellectus nouas passiones non suscipit, sed de his in libro nostro de intellectu, & de anima. Ea ergo quę sunt in voce et ea quę sunt in scriptis conueniunt, primo ꝙ ambo notæ ac signa sunt. Secundo oībus eadem non sunt. ⁋ Tunc ad obiecta **Defensio Alexan.** contra Alexandrū. Ad primū dicendū illum simplicem sensum esse potentia & virtute amplū & compositum. ⁋ Similiter si oratio est breuis, compendio est oblonga. ⁋ Ad hęc tertium argumentum probat ibi non esse in toto similitudinem, sed in parte esse potest, vt Alexander sentit.

⁋ *Quorum tamen hæ notæ primo: eædem omnibus passiones animæ sunt. Et quorum hæ similitudines: res iam eædem. De his quidem igitur dictum est in his quæ de anima, alterius enim hæc sunt negocij.*

Com. 32. Intentio ⁋ Cępit Arist. vt Alexander dicebat, ponere differentiam inter ea quę pōne talia sunt, & ea quæ natura talia. ⁋ Ea quę in voce, & ea quæ scribunt, positione talia sunt. Nūc vero ꝙ aīę passiones & res sint natura tales declarat. Pōt aūt textus esse p̄missa, & pōt esse simplex narratio. **Syllogismus.** ⁋ Si quidē p̄missa, syllogismus erit quę eadē apud oēs, sunt per naturā talia. Natura eñ, (vt Ammonius inquit,) est vniformis semp. Passiōes, & res eędē apud oēs, igit natura tales erūt. De syllogismo accepit minorē tm̄ in textu. Si vero est narratio tm̄ est, tūc secūda pars differētiæ, et inquit. [Quorū tm̄ hę notę primo, sunt passiōes aīę oībus eędē, & quorū similitudines, res iam eædē] sunt igit passiones & res sunt oībus eędē, et ita tales p naturā. **Argumentum Herminij nullū** ⁋ Hac fortasse expōne Arist. v̄ba examinādo, argumētū Herminij cōtra Alexādrū imbecille est. Non .n. Alexāder vult ꝙ apud oēs sint passiones eædē, apud quos voces. Sed vt dixi, ꝙ vel tangat minorē, vel partē differētię secūdā pficiat. **pō por.** ⁋ Animaduersione dignū Porphyriū in defendēdo Alexandrū, affirmare ꝙ ea quorū voces apud omnes eædem, & ipsa sunt eadē, & hoc generatim tā vniuocis ipsis, q̄ equocis. De vniuocis quidē ex ipsorū nominū ratione constat. De equiuocis vero, qm̄ animus audientis semper sibi nomen ad significationē debitā, ad quāue a proferente emittitur, accipit. **Cōfutatio** ⁋ Sed hoc stare nō potest nunquā enim ęquiuoca propositio esset distinguenda, nā animus auscultātis semper eam cōformiter animo proferētis acciperet. **Expositio hermenij** Herminius aliter sermones Arist. intelligit quod ipse ponat quę voces, & quæ passionum sunt significationes. Nā voces significant passiones primo & secūdo res, passiones autem tm̄ res decernunt. **Cōfutatio** ⁋ Sed hoc stare non potest, primo quod Arist. dixit hæc, nō igitur sapide esset hic repetendū. Secūdo verbū illud eadē ad quid adderetur. Esset enim inutile, nisi Arist. cōe passionibus & rebus sumat, vt dicit Alexā. **Dubō Responsio Alex.** ⁋ Sed tūc dices ad quid verbū illud [primo] addit: Alexāder vult noīa significare passiones, ac res, vt nomen istud homo, & naturā ipsam hominis existentem, & eius cōceptionē significet. verū quia nomen vnū æquæ primo duo significare non potest. Idcirco Arist. adijcit [primo.] Nā ea nomina quæ in voce sunt, primo passiones significāt, secūdo vero res. **Contra Alexan. recētiores** ⁋ Recentiores obijciunt, nā ordo significationū est iuxta ordinē cōceptionū. Sed res prius intelligitur, q̄ eius passio. igitur prius voce significatur. Ad hęc nomē semper prædicat de sua significatione. Nomen illud hō nō prędicat de hoīs cōceptione, igitur illā nō significat. **Defensio Alexan.** ⁋ Dici pōt pro Alexādro ꝙ nomē in voce primo primitate (vt ita dicā) sub ordinatiōis passiones primo significabit. Primitate autē appręhensionis, res primo. **pōderatio literæ** ⁋ Quare textus debet stare. [Quorū tm̄ primo] nō autē [primorum.] Nam grecus codex habet protos, & non proton. Vbi enim proton legeretur, vt fortasse Boetius noster habebat, in latinum primorū esset conuertendū. **Ordo** ⁋ Collige igitur inter hęc quatuor, ordinē, quę scribunt significant ea quę in voce,

quę in

quæ in voce, eas passiones quę in anima: quæ in anima, ea quę in re consistunt. Licet non sit ordo essentialis: nā quæ scribuntur, & in voce sunt: possunt eque primo passiones significare: quo in scripturę pro supplemēto vocum sint adinuente. Verum quia res hęc admodum est laboriosa ac difficilis, transmittit nos ad librum de anima.

⁋ *Est autem quemadmodum in anima: aliquotiens quidem intellectus sine uero falsoue: aliquotiens autem iam cui, necesse est horum alterum inesse, sic & in uoce. Circa compositionem enim et diuisionem, est ueritas atque falsitas.*

Cō. 4 ⁋ Hactenus hęc communiter de ijs quatuor accepit, vt nomina & verba esse in voce & ad placitum significatiua **Intentio.** colligat. tum vt genus primū, tamen vt commune habeat differentiā illorū, cū qbus oratio & enūtiatio ipsa conueniūt. Est enim oratio & enūtiatio in uoce, & ex impositione aut placito significātes, et p eiusmodi genus cōemqꝫ differentiā differt a rebus ipsis conceptionibusqꝫ. Nūc aūt ipsa significaret sine vero & falso declarat. vt videlicet secūdā colligat illorū differētiā: aut (vt Alexādro placet) ostēdit enuntiationem significare, cum vero falsoque, vt per hoc etiam & enuntiationis differentiam colligat, non tantum nominis. Et licet litera possit multipliciter ad formam syllogismi reduci vt facilius res intelligantur syllo**Sylls lrē.** gismus non est aliter formandus, nisi vt iacet: ideo inquit. Est autem quemadmodum in anima aliquotiens quidē intellectus sine vero et falso aliquotiens aūt cui necesse est horum alterum inesse, hoc est aut verum aut falsum. Sic & in voce: hęc est maior. Addit & ipsam minorē dicens. circa cōpositionem enim & diuisionem intellectualem, est veritas atqꝫ falsitas. Sed circa simpliciū intelligentiam, neqꝫ veritas neqꝫ falsitas. Igitur in uoce etiam circa compositionem vel diuisionem erit veritas aut falsitas: circa simplicitatem neque sic, neque sic. Et sic habetur totus syllogismus: per quem habebit (vt dicemus in textu proximo) quod nomina ipsa & verba ab enuntiatione differunt. nam nomina & verba simplicia sunt: & sic erunt sine vero & falso. Enuntiatio est compositio aut diuisio, igitur cum vero aut falso. Et ita habentur genus & **Quo ad greca verba.** differentię nominum & verborum. ⁋ Quantum vero ad verba gręca attinet noema gręce, latine est tū intellectus, tum conceptus: & quomodocunqꝫ sit, multiplex est, compositus siue diuisus, vt enuntiatio, siue ratio in anima, affirmatiua vel negatiua. Simplex vt hominis, aut equi: Et discursiuus vt syllogismus. Modo patet verum vel falsum esse in compositione. Simplicia vero eē absqꝫ vero & **Dubō. Rñsio Tho.** falso. Hęc quo ad verba. ⁋ Querunt aūt, vtrum hic arguendi locus sit a simili tantum, vel a simili & causa. ⁋ Respondet expositor ab Ammonio accipiens hāc manifestationē esse nō tm̄ a simili, sed etiā a causa: quā effectus ipse imitatur. Est. n. intellectus causa, quę vero in uoce effectus. ⁋ Sed hoc stare non pōt, qa non videt q̄mo cōceptus **Confu.** sint causę veri & falsi in voce. nō. n. vt materia aut forma: qa cōceptus nullatenus sunt aliqd vocū: nec eorū q̄ in voce, nec vt finis. Nā finis vult eē vltimū, ut scdo auscultationis physicę dicit. Modo cōceptus ē por et & voce, et vocū veritate. Nec vt agens: nā ab eo qd res est vel non est oratio dicitur vera aut falsa, vt ab agente: vt dicitur in predi**Sol'. propria.** camentis. ⁋ Ideo, vt frequenter diximus, verum et falsum sunt intellectu vt in subiecto, voce aut scriptis vt in signo, in rebus vt in causa. Vis igitur arguendi non est demonstratiua, sed dialectica a simili tantum. Multa adijci possunt: q̄ ab expositoribus tum grecis, tum latinis perquire. Hęc enim raptim scribimus.

⁋ *Nomina quidem igitur ipsa aut uerba consimilia sunt sine compositione & diuisione intellectui, ut homo, uel albū, quando nō additur aliquid: nam nondum falsum aut uerū est. Huius autem signum hoc est: hircoceruus, etenim significat aliquid quidem. Sed nondum uerum aliquid aut falsum, nisi esse aut non esse addatur, aut simpliciter, uel secundum tempus.*

⁋ Hęc litera potest introduci. vno modo vt sit conclusio: **Cō. 5. 1. expō** quomodo expositor induxit: innisus forsitan verbo illatiuo igitur. **2.** ⁋ Alio modo potest induci, vt sit minor syllogismi sub accepti sub syllogismo principali, qui sic erat: compositio vel diuisio in intellectu sunt cum vero & falso intellectus sine compositione & diuisione nec sunt cum vero nec cum falso: Ex quo voluit habere hanc conclusionem: in voce sunt quædam cum vero vel falso: quædam non sunt cū vero aut falso: modo addit minorē dicens: nomina ipsa & verba similia sunt intellectui, qui est sine compositione & diuisione, hoc est nomina & uerba sunt uoces simplices subaudi conclusionem: igitur significant absqꝫ uero & falso. Illa itaqꝫ particula illatiua igitur, addita est, vt notaretur conclusionem contineri in hac minori, propterea supplet exemplum dicens, vt hoc nomen homo, aut album, quando non additur aliquid: nam nullo illis addito, nondum eorum aliquod falsum, aut verū est. ⁋ Rem hanc Aristoteles confirmare videtur signo: quod **Signum.** potest loco a maiori sic formari. si aliquod nomen se solo significat cum vero aut falso, maxime esset hircoceruus. Tunc dat oppositū consequentis dicens, sed nondum verum aliquid aut falsum, nisi esse aut non esse addatur & hoc aut simpliciter aut scd̄m tēpus. Sic igitur patet nomina & verba seorsum accepta significare: & non cū vero aut falso. **Dubōnes prima** ⁋ Sed circa verba textus quęrunt primo cur vsus est nomine composito, & nō simplici. Huius causę possunt esse plures, vt e verbis Ammonij excipi potest. **pri. cā.** ⁋ Primo, quia nomina eiusmodi videntur potissimum falsitatem significare propter partium incompossibilitatem. **2.** ⁋ Secundo ut innueret non solū nomina simplicia ad veritatem significandam egere verbo, sed etiam nomina ipsa composita. **3.** ⁋ Tertio vtitur exemplo infictis, vt innueret veritatem non solum reperiri in rebus, sed in his cum sunt ab intellectu solo. **2. dubō.** ⁋ Secundo quærunt cur ait compositionem significare cum vero vel falso, & non significare verum, vel falsum. Similiter & nomina significare sine vero & falso: & non ait nomina non significare verum aut falsum. **Solō** ⁋ Dici potest quod differūt significare verum, & significare cum vero: Nam hoc nomen verum significat verum, vt hoc nomen falsum significat falsum. quia significant se: non tamen cum vero: quia suum significatum non significant cū vero aut falso, nisi addatur verbum. **3. dubita.** ⁋ Tertio quęrūt quid Aristoteles vult, per simpliciter, aut secundum tempus? **pri. rñsio.** ⁋ Respondent quidam primo quod verbum præsens interdum dicit esse simpliciter, vt substantiam, vt cū dicitur deus est. Quandoqꝫ tēpus tm̄, vt dies est. Dixit igitur aut simpliciter, aut secundū tēpus propter hęc. **Confu.** ⁋ Sed hęc expositio non placet. Nā Aristoteles loquitur de esse et non esse generatim, vt sunt notæ extremorū, quæ abstrahūt ab his. **2.** ⁋ Expositor aliter ait, tempus præsens esse simpliciter. Cetera vt præteritum ac futurum esse scd̄m qd, hoc est scd̄m tempus. **Confu.** ⁋ Sed hæc expositio forte non valet. qa

quælibet differentia temporis est tempus secundum quid. Quoniam per aliquid differt ab alijs differentijs.

Sol. p(ro)pria.

¶Aliter Ammonius, quod verbum potest accipi dupliciter. vno modo absolute, vt est, fuit, vel erit. alio modo cum aduerbijs temporis, vt est nunc, fuit heri, erit cras. Primo modo dicitur simpliciter. Secundo modo dicitur secundum tempus: sed vtrunque sit, textus patet.

Questio

¶Sed contra hæc dubitant nonnulli recentiores. videtur enim nomen vel verbum significare cum vero aut falso. Primo, quia ad placitum significant. Igitur possibile est vnum nomen imponi ad significandum idem quod deus est. Sed casu posito illa significat cum vero vel falso. igitur nomen vtpote. a. aut. b. Secundo hæc est vna copulatiua vera, omnis homo est risibilis, & econtra. Modo hoc esse non potest nisi verbum, econtra significet cum vero vel falso.

2. pō.

¶Sorticolæ in re hac discordant. Nam quidam eorum voluerunt eiusmodi nomina, vt. a. vel b. significare posse cū vero aut falso. & consequenter concedunt esse enuntiationes, aut propositiones. Hoc probant quia concedenda aut neganda, sunt enuntiationes vel propositiones: sed hæc sunt concedenda. vel negāda, aut dubitanda. Igitur sunt enuntiationes.

2. rñsio

¶Alij simpliciter casus hosce nullatenus ammittunt: & ita negant a. esse propositionem, vel verum aut falsum significare: vt per verba Aristotelis videtur, et per rationem: quia sunt simplicia, quæ nunquam cum vero aut falso significant, nisi addatur esse vel non esse. ¶Sed hæc solutio stare non potest: quia vbique Aristoteles accepit literas pro enuntiationibus, vt in primo posteriorum. contra antiquos, qui in demonstrationibus dederunt circulum. & in primo et secundo priorum frequenter. ¶Alij concedunt hos casus quod videlicet. a. vel. b. possunt significare cum vero vel falso: sed dicunt eiusmodi non esse enuntiationes, aut propositiones. Quia non significant cum vero vel falso per modum complexi. Sed hoc videtur difficile. nam cuicunque competit ratio significandi ei debet modus. Quare si his competit ratio significādi complexa, etiam & modus debebit.

Rñsio propria.

¶Propter hæc videtur mihi esse dicendum nomina & verba quo ad primam eorum impositionem non significare nisi incomplexum, neque cum vero, neque cum falso. Quo vero ad nouā impositionem, cum sint ad placitum possunt significare cum vero vel falso. nunquam tamen erunt propositiones aut enuntiationes. Propterea non valet. a. significat cum vero vel falso. igitur est propositio, aut enuntiatio. Oportet enim addere in antecedente, quód significet ex prima impositione et non ex noua institutione. Et p(er) hæc verba Aristotelis & Alexandri rationes possunt moderari.

De honomate hoc est nomine

¶*Nomen igitur est uox quidem significatiua ad placitum sine tempore: cuius nulla pars est significatiua separata.*

Cō. 6. Introductio.

¶Cum interposuit communia quædam, e quibus & genus & differentias nominis nancisci posset: nunc de nomine ipso aggreditur.

1. dubō. 1. rō.

¶Sed videtur ordinem euertisse. 2. nā in libro porī egit de propositione anteq̄ de termino, modo ita se habet nomē ad enūtiationē, vt terminus ad propositionem.

2. dubō. Sol. 1.

¶Secūdo doctrina debet e notiori incipere. Sed nobis sunt prius nota tota, vt in physica tradit̄ auscultatione, igit̄ p(ri)us ab enūtiatione, quæ est totū, q̄ a nomine & verbo, quæ sunt illius partes. ¶Et si de nomine et verbo p(ri)us q̄ de enūtiatione ipsa, cur p(ri)us a nomine? ¶Ad primū q̄cquid (velint veteres græci) Aristotelē in prioribus resolutorie processisse: ideo a compositis processit. Nunc vero compositorie, ideo a partibus.

Ad secundā pro. c. escu. Cōfu.

¶Ad secundum Esculanus fingit nomen esse vt materiam, verbum vero vt formam. sed quia materia præcedit formā, ideo a nomine. ¶Sed hoc stare non potest, quoniam materia non est scibilis, nisi per analogiam ad formā, vt in auscultatione physica dictum est. Igitur e forma ipsa, & consequenter a verbo procedendum esset.

2. Ammonij. Cōfu.

¶Ammonius ait nomen ipsum substantiæ modum detinere. Verbum vero accidentis. Modo substantia est prior accidente. ¶Nec mihi placet hoc, quia substantia non nisi per cognitionem accidentium cognoscitur.

Sol. propria.

¶Ideo dicendum nomen ideo esse prius tractādum: quia facilius cognoscitur. Nam verbum absque ipso nomine cognosci non potest. Significat enim esse: quod sine extremis non. est intelligere. At nomen ipsum cum sit absolutum quoddam, intelligi potest absque verbo.

Circa verba greca.

¶Quantum autem ad verba græca attinet, in græcis codicibus inuenitur oun, quod latine est, tum igitur, tum ergo. & rationabiliter profecto, vt videlicet annotaret definitionem eiusmodi ex diuisione proxime facta collectam esse. Hæc enim est regula definitionū inueniēdarū. vt sexto topicorū traditur, & secūdo posteriorum, vt post diuisionem fiat partium compositio, vti conclusio. Qua ratione processit hic.

Quod nome sit vox significatiua.

¶Diximus enim voces animæ passiones significare, & cum nomina passiones illiusmodi designēt, voces erunt significatiue. Vnde genus ipsum Aristoteles nactus est.

Quod ad placitū sythece placitum.

¶Declaratum est etiā omne significans expositione, & non natura, significare ad placitum. ¶quod græce est sythece, latine fœdus, pactū, institutio, aut placitū. Sed cū constet nomina significare expositione, iure ad placitum significāt. ¶Rursum declaratum est nomen significare sine vero & falso.

Quod sine tempore.

¶Omne autem sic significans est sine tempore significatiuum, & cuius nulla pars seorsum significat. Aristoteles itaque hæc omnia considerans: per modum consequentis definitionem nominis deduxit. Multa alia hic recentiores addunt: quæ (quia patent) omittimus.

¶*In nomine enim quod est equiferus: equus ipse nihil per se significat: quemadmodum in hac oratione equus est ferus.*

Cō. 7. Introductio.

¶Erat vltima definitionis pars quod nulla nominis particula seorsum separata aliquid significet, nunc illam exponit. Et manifestat hanc vltimam definitionis particulam in nominibus compositis, in quibus (vt inquit Ammonius) minus videtur: vt quasi syllogiçet e maiori ad minus. Nam in hoc nomine, quod est equiferus, pars hæc ferus, aut equus seorsum nihil significat, quemadmodum in hac oratione equus est ferus, aut equus ferus.

Circa greca verba. Equiferus calippus. Equus est ferus.

¶Quantum ad græca verba attinet, verbum equiferus græce est calippus, a calos, quod latine est bonus, & hippus, equus sed quia minus sonat equibonus, vt equiferus. Boetius & alij transtulerunt equiferus. Et vbi Boetius transtulit ferus ipsum nihil per se significat, græce legitur equus, sed non refert. ¶Amplius verbum illud quemadmodum in hac oratione equus ferus, potest legi cum verbo sic equus est ferus, & absq; verbo, equus ferus. Solum enim vult habere quod pars nominis, & si significet seorsum: non ita significat, sicut quando erat in oratione.

Cā ordinis

¶Incepit autem particulam definitionis vltimam exponere: quia, vt ex Ammonio colligitur, hæc particula est vt cæterarum finis, & omnibus principalior. Modo finis est intentione primus, & etiam cognitione.

¶Verum

¶*Verum non quemadmodum in simplicibus nominibus: sic se habet etiam in compositis. In illis enim nullo modo pars est significatiua. In his uero uult quidem, sed nullius separata, ut in eo nomine quod est equiferus, particula ferus.*

Cō. 8 Introductio.

¶Sed dices igitur nomina simplicia & nomina composita non differunt. ¶Ideo respondet quod differunt, quia in simplicibus nominibus pars nullo modo est significatiua neq; secundum veritatem, neq; secundum apparentiam. At in compositis videtur quidem aliquid seorsum significare: sed nihil reuera significat, vt de hoc nomine equiferus diximus, quod pars ferus nihil seorsum significat.

Circa greca verba. Valet voulete Syll's.

¶Quantum ad græcam literam attinet verbum illud vult, grecæ est vouletæ. Melius tamen (vt mihi videtur) sonat apparet, aut videtur. nā nomina composita, ex quo imposita sunt a conceptione composita, videtur quod illorum partes seorsum aliquid significent. Nomina vero simplicia, cum instituta sunt a conceptione simplici, partes eorum seorsum nec significant, nec significare videntur. ¶Ex his potest syllogismus sic componi, nullius nominis symplicis, nullius nominis compositi pars significat separata. Omne nomen aut simplex, aut compositum. Igitur nullius nominis pars significat separata, Minor supponitur Prima pars maioris & secunda declaratæ sunt in textu.

Questio.

¶Sed quærunt vtrum alicuius nominis pars significet separata? Et videtur quod sic, quia cuiuslibet compositi ex pluribus nominibus pars significat separata. Sed aliqua nomina componuntur ex pluribus nominibus, vt equiferus, & id genus.

Solo cōmunis.

¶Omnes ad quæstionem & græci & latini conueniunt partes nominis comparari posse ad totius compositi intellectum, aut inter se. Primo modo nulla significat separata, nisi in oratione equs ē ferus, hō ē bonus. Seorsum. n. illud idē partes hæ significant: quod in oratione tota significabant. Et hoc modo intelligit Aristoteles. Nam licet equus & ferus seorsum aliquid significent, non tamen ad intellectum totius. Propterea inquit Ammonius nullum nomen componi pluribus e nominibus, quatenus nomina sunt, sed quatenus transeunt in vim syllabarum. Equus enim & ferus, in hoc nomine, equiferus, syllabarum vices detinent.

Solo Auer.

¶Auerroes autem in paraphrase huius loci, vtitur alijs verbis, quod partes nominis nunquam per se significant separatæ, sed per accidens, quod est dicere: non quatenus sunt partes nominis, sed quatenus seorsum sunt transeunt in vim nominum. At in oratione partes seorsum in idem significant quod in oratione: quia vtrobiq; quatenus nomina sunt.

¶*Ad placitum uero: quoniam nullum nomen est sua natura signum, sed cum fit. Significant namque et illiterati soni, ut qui ferarum, quorum tamen nullum est nomen.*

Cō. 9. Introductio.

¶Nunc tertiam explanat definitionis partem. Nam primam quod nomen sit vox, & significatiua ex his quæ communiter accepit, vult esse manifestam. Illam vero quod sine tempore ex definitione verbi declarabit. restat igitur vt tertiam exponat.

Circa greca verba. Lrā iuxta verba. Nota symbolum.

¶Quantum vero ad græca verba attinet, animaduerte, quod verbum verbo transferendo, litera Aristotelis est. secundum placitum vero, quoniam natura nominum nihil est, sed cum fit nota. Nota enim græce est symbolum, latine etiam signum. ¶Sed cum hæc litera ad verbum translata minime sonet, ideo transtuli ad placitum vero: quoniam nullum nomen est sua natura signum, sed cum fit ex instituto. Hoc enim differt, & a rebus, & ab animæ passionibus, ut diximus. ¶Et quod natura significās non sit nomē exemplo a sonis animalium persuadet. & inq̄t. Significāt nāq; sua natura & illiterati soni, vt q(ui) ferarū: quorum tamē propter significationē q̄ habēt naturalem, nullum est nomē. Igitur nomen ab instituto signum esse debet: & hæc ratio valet, siue sit locus e contrario, siue sit locus e simili, siue aliter.

Quod natura significans non sit nomen. Nota

¶Animaduerte quod animalium soni, dicūtur agramatoi, hoc est illiterati: quoniā scribi non possunt, & a natura significant, quia eodē modo est in omnibus animalibus. Habet enim a natura animal ipsum p(er) sue vocis sonū significare affectum. Quare propter duo, eiusmodi soni nomē esse non possunt, tum q(ui)a illiterati, tum q(ui)a e natura. Recte igit̄ dictū est ad placitum.

Q.ō ex Alexan.

¶Mouent questionē ex Alexādro, talē. verba sunt voces, voces sunt nomina, igit̄ verbā sunt nomina. conclusio falsa, et non pro maiori, igit̄ pro minori.

Rñsio Ammonij.

¶Respōdet Ammonius q(uo)d nomē et verbū sunt voces sc(un)d(u)m materiā, vt archa est lignū sc(un)d(u)m materiā. Materia n. nominis & verbi a natura ē, vt vox. Forma autē nominis, ab arte, atq; institutione, vt archa, q̄ q(ui)dē ad materiā a natura est: q̄ vero ad formā ab institutione ac arte. Sic nomē q̄ ad materiā est res naturalis: q̄ ad formā ē res ab arte: vt igit̄ non valet, lignū est a natura, ianua ē lignū, igit̄ ianua est a natura.

replica. Ammonij. Rñsio eiusdem.

¶Obijcit autem huic Ammonius: quoniā si nomen est ab institutione, & non a natura: tūc signū aptius in nominis definitione caderet q̄ vox. ¶Respondet ipse hoc esse factum quia in definitione accidentis in concreto, debet poni subiectū loco generis, & accidēs pro differētia. At cū nomē accidēs sit voci: ideo dicit̄ nomē est vox:

Confu. 1. rō.

¶Sed hæc responsio non mihi placet. Primo, q(ui)a si nomē esset forma artificialis: tūc esset quid additum voci. Hoc autem falsum est. Nā aut erit substantia aut accidēs: non substantia vt patet. Si accidēs, non absolutū, vt patet, nec relatiuū, q(ui)a tūc esset relatio realis, nā fūdamētum reale est, vt vox. terminus realis, nā fundamētum reale est, vt vox. terminus realis, nā fundamētum reale est, vt vox. terminus realis, vt res significata.

2.

¶Amplius nomē videtur abstractum, igitur in definitione debet cadere subiectū in obliquo.

Solutio propria.

¶Videtur igitur mihi nomē ipsum nihil aliud esse nisi vocem articulatā cum intētione significandi aliquid prolatā. Vt enim vrina est signum sanitatis, nullo addito sibi, sed quatenus ab intellectu efficitur signum sanitatis: sic vox est nomen nullo addito, sed quatenus ab intellectu instituitur ad significandum. Sindapsus enim non nomen est. Sed si ad significandum instituitur, fiet nota, siue signum, qua ratione nomen fiet vt Boetius inquit, & hoc inquit Aristoteles cum ait: quoniā naturaliter nomen nihil est, sed quando fit nota. & ita nomen est vox secundum materiam & formam, sic instituta vt signum.

Solutio argumenti.

¶Tunc ad argumentum Alexandri, dicerē ibi esse deceptionē propter accidēs, vt nō sequitur, homo est animal, animal est dictio. igit̄ homo est dictio: aut nō sequitur, homo est animal, animal est genus, igitur homo est genus. Variatur enim vt sorticolæ sentiunt supposito. Nā in p(ri)ma animal supponit formaliter. In secūda materialiter, ideo non valet.

Dubō.

Sed dubitant græci. nā Aristoteles ait, nominū naturalit̄ nihil esse, hoc est nominū significatio nō ē naturalis. Plato vero et Socrates in cratilo, volūt nomina e natura ipsa esse. Et ita isti sūt cōtrarij, q(uo)d apud grecos habet̄ remotū.

Pōnes.

¶Circa hāc dubitationē q(ui)dam (vt Ammōius narrat) voluerūt noīa esse simplicit̄, et omnino ab institutiōe, et nullatenus e natura: cuius opinionis fuerūt Hermogenes, & discretus Diodorus. ¶Alij dixerunt

nomina esse simpliciter a natura:quatenus sunt rerum na-
turales similitudines. Cuius positiōis fuerūt Cratillus here
[Sol'o Ammoni.] deus,a tq; Heraclitus ephesius. ⁋ Ammonius voluit no-
mina ipsa esse naturalia,quātū ad ethymologiā. Nā om
ne nomē vult esse impositū e proprietate reperta in re, vt
[replica] lapis,quasi pedē ledens, & petra quasi pede trita. ⁋ Quan
tum vero ad significationem ipsam, ab institutione sunt.
Et sic inter hos duos consultat. ⁋ Et si dicitur vnam rem
[Responsio Contu. prima ratio.] naturalem plura nomina habere. ⁋ Respondet, quia a di-
uersis proprietatibus nomina diuersa nanciscitur. ⁋ Sed
[2.] pace horum hoc stare non potest. Primo, quia tunc nul-
lū esset equiuocū a casu:nā omne nomē significaret a pro
prietate rei,& sic canis esset analogum, & non equocū ca
su. ⁋ Secūdo vt in natura accidūt casus, quorū nulla causa
potest dari nisi p accidens ita et in arte,& per consequēs
possunt dari nomina a casu,nullaq; rerum proprietate.
[Authoritas. Aristo.] ⁋ Et videtur hec sententia Aristotelis in primo elencho-
rum vbi inquit, nomina quidem finita sunt, & orationū
multitudo: res autem numero infinite: necesse est igitur
plura eandem orationem,& vnum nomen significare.
[Sol. ppria] ⁋ Propter quod mihi videtur esse dicēdū in vniuocis &
speciebus nomina esse omnia imposita a proprietate rei,
vt homo,ab humanitate siue humo,lapis a lesione,et vnū-
quodq; a sui ethymologia, licet in multis illa nos lateat. In
equocis vero,& singularibus, nomina esse a casu assero.
Vnde Boetius in pdicamētis,commēto pmo inqt:equo
corū alia sunt casu,alia consilio: casu vt Alexāder Pria-
mi filius,et Alexāder magnus Augustinus aurelius, et Au
gustinus niphus. Casus enim id egit vt idē vtrisq; nomen
[3. dubiū] imponeret. ⁋ Dubitāt sorticole,vtrū nomē in mēte sit no-
mē. Videtur qd non p Aristotelis definitionē, nā nomē
est vox. In mēte autē nulla est vox. Pro alia pte est quod
nomē pme & secūde (vt dicūt) intētionis,est in mēte. Am
plius in mēte est enūciatio, Sed omnis enūciatio,constat ex
[Solo.] nomine & verbo. Igit in mēte sunt nomina et verba. ⁋ Di
cēdū apud Boetiū in pdicamentis. capite de substātia, in
mēte nō esse orationē: et p cōsequēs nec enūciationem. Id
autem cui subordinatur oratio,siue enuntiatio,græce exo
logus,latine interior ratio appellatur. Enuntiatio vero ipsa
grece est exologus,hoc est exterior ratio. Apud. n. græcos
logus,est communis rationi,& orationi. Apud nos vero
interior ratio, vno nomine vocat vt ratio: exterior ratio
vero,oratio. Tūc dico in mēte,nec esse enūtiationem,nec
orationē,nec nomina,nec uerba,sed bene cōceptiōes cōpo
sitas et simplices. Cōpositas qdē,qbus orationes siue enū-
tiationes ipse subordinant. Simplices vero qbus nomina
& verba. & ita concedo in mēte nō esse nomina,neq; ver
ba,sed significationes qbus hec subordinātur. ⁋ Ad argu-
mēta in contrariū patet solutio: nullum enim est nomen
prime aut secunde intentionis,licet sit nomē prime aut se-
cunde,impositionis. Omne enim nomen,est ab impositio
ne. ⁋ Ad secundum patet solutio,in mente est ratio,in vo
ce oratio siue enuntiatio,que rationi subordinatur.

⁋ Ipsum uero non homo,non nomen est: sed uel neque nomen positum est: quo ipsum appellare oportet. Neq; enim est oratio,neq; negatio,sed nomen uocetur ambiguum. Quoniam simi liter in quolibet est,& eo quod est,& eo quod non est.

[Cō. 10. Textus Inductio.] ⁋ Obijciet autem quispiā definitioni date, quod tūc non
homo,& id genus,catonis,& id genus essent nomina. Nā
his competit definitio data. ⁋ Respondet Aristoteles &
excludit duo a ratione nominis,primo nomen ambiguū,
secundo casus nominum: & sic definitioni date oportet [Duo accipit.]
supplere duas illas particulas,si debeat esse perfecta,vt di-
cemus. ⁋ Accipit igitur duo, primū quod non homo & [1.]
cetera id genus,non sunt nomina. ⁋ Secundo quod ijs tali- [2.]
bus,non est vnū impositū nomen,et hoc inquit. ipsum ve
ro non homo,non nomen est,hoc est primum. Sed vel ne
que nomen positum est, quo ipsum appellare oporteat,
hoc est secundū. Hec per ordinē declarat,& primo quod
non sit ei nomen impositum. Videtur enim cum duobus
conuenire, cum oratione,propter complexionē: & cū ne-
gatione,propter particulam negatiuam, ideo probās se-
cundum inquit. Neq; enim est oratio,neq; negatio. dein-
de probat primum: & fingit illi nomen, quo nūc appella
ri liceat,& inqt,sed nomē sit,aut vocetur (si fingere liceat)
ambiguū: qa vt dicit,& quod est,& quod non est,in ora-
tione rerum,sine descrimine vllo significat. & hoc inquit.
Quoniā similiter in quolibet est,& eo qd est,& eo quod
non est. Hircoceruus enim,non homo est, equus etiā non
homo. ⁋ Quantum vero ad greca verba attinet, ambi- [Circa verba greca Aoriston Infinitum. ambiguū.]
guum grece est aoriston, quod latine non est infinitum.
Nomina enim greca sunt diuersa. Greci enim infinitum
Dicunt aperion. Ambiguum quod indifferens est, ac in-
nominatum aoriston vocant. Differunt enim apeiron et
aoriston. Nam infinitum proprie in quantitate est, vt in
numeris,aut mole,quod videlicet caret fine. At aoriston
hoc. est ambiguum,est etiam in non quantis,& indifferēs.
Ideo Aristoteles hoc designans subiecit, quia simili ra-
tione significat ens,vt equum,& non ens, vt hircoceruus.
Per hoc enim illius indifferentia atque ambiguitas desi-
gnatur. ⁋ Quia autē non homo,& id genus nomen non
sint: greci hac ratione persuadent. Omne nomen signifi- [Quod non homo non sit nomen.]
cat aliquam naturam determinatam, vt homo,aut perso
nam determinatam,vt pronomen: aut vtrumque deter-
minate,vt indiuidua substātie,vt Socrates,& Plato. Sed
ipsum non homo,& id genus,nullū horum affert. Igitur
non nomen est dicendū. Propterea imponi debet nomen,
a negatione hominis: quia tūc equaliter de ente, et non
ente,vt refert hic Ammonius. ⁋ Querūt recētiores vtrū [1. dubi.]
omne nomen possit infinitari: siue (vt magis ad græcū lo-
quatur) vtrū omne nomē possit reddi ambiguū: hoc est,
vt ita loquar,aoristari? ⁋ Respondent nonnulli sorticole [pma rūsio.]
transcendentia aoristari non posse,vt ens, vnum,& id ge-
nus. Mouentur autem propter Boetij verba, inquit enim [prima rō.]
nomen infinitum presentem naturam interimit cum addi-
tur negatio infinitans: infinitas alias derelinquit. Mo-
do si quis addat enti negationem, nulla derelinquetur na-
tura, immo nec infinitas poneret. ⁋ Idem sorticole pro- [2.]
bant: quoniam omne signum negatiuum,aut priuatiuum
terminum sequentem se immediate,distribuit pro sin-
gulis. Vt dicēdo non ens,modo ens distribuitur: & sic pro
nullo ente,& ita negat omnē naturā, nullā addens. ⁋ Mihi
videtur (quicquid velit Boetius) non esse addendū ad sim [Sol. propria.]
plicia Aristotelis verba Propterea teneo probabiliter &
cum protestatione dicendi aliter, si aliter occurret. omne
nomen positiuum, siue predicamentale, siue transcen-
dens posse aoristari. Intelligo tamen per aoristari quan-
do nomen ipsum redditur ambiguum,et indifferens,vnde
cum dico non ens aoristice, volo intelligere non ens tale,
indeterminate sumptum, quod nonnulli vocant confuse,
mal o indeterminate: propter quod concederem hanc,la-
pis est non ens, vt verborum non ens aoristice tenetur:
quia

quia esset sensus lapis est non ens tale,quia non equus, nō
homo,& id genus. Itemq; concederem ens, esse non ens,
quia ens tale,est non ens tale,non ens, esse non ens, non
propter hoc prædicatur de duobus contradictorijs,quia li
cet ens,& non ens,sint contradictoria,non ens tale,& ens
[Ratio] tale minime. ⁋ Huius vero ratio est,quia non ens auristi-
ce sumptum est vna dictio siue nomen vnum. priuatiue
autem aut negatiue est complexum, vt oratio,huic vide-
[Auct.o Auer.] tur Auer. ipse cōsentire primo auscultationis physice,vbi
com. 25. hec nomina ens & non ens dici asserit de decem
predicamentis,quod minime potest intelligi nisi ipsum nō
[2. ratio] ens auristice siue ambigue teneatur. ⁋ Amplius auristice te
neri est determinatam aut naturam, aut personam, aut
[3. ratio] vtrunq; signatum interimere, & indeterminatam aut na-
turam,aut personam,aut vtrunq; ponere. ⁋ Rursus dicen
do non Socrates,ipsum non Socrates, aoristatur, non ta-
men distribuitur,propter hoc videtur mihi omne nomen
aoristari posse,siue redi ambiguum,propter quandam in
differentiam ad id quod est,& ad id quod non est, & per
[Nomen cōmune aoristum.] hoc differt a nomine communi,quod licet sit indifferens,
non nisi is quæ sit sub eo indifferens est. Differt tamē aori
[2. dubō 1. rūsio.] statio transcendentis,ab aoristatione termini prædicamen
talis,quia aoristatio transcendens, est secundum quid illa
prædicamentalis simpliciter, vt dictum est. ⁋ Quærunt
etiam vtrum enuntiatio possit aoristari? Iamblicus Plato
nicus, orationem siue enuntiationem aoristari posse con-
tendit, propter aoristationem subiecti, aut prædicati, siue
nominis,aut verbi,motus fortasse,quia quod parti cōtin
git in esse, toti quoq; accidit. vt quinto physicorum ha-
betur. vbi enim capiti crispitudo inest, & homini inesse
[Cōfutatio] necesse est. ⁋ Sed hoc stare non potest. ait enim,neq; enim
oratio,neq; negatio est,sed omnis finita. Rursus in capitu
[Solutio propria.] lo de nomine & verbo,nomen & verbum aoristari asse-
rit, nullibi tamen orationem. ⁋ Tenendum igitur nullam
orationem,nullamq; enuntiationem aoristari posse. Tūc
ad rationem pro Iamblico dico, quòd omne quod parti
inest necesse est toti inesse. Non tamen quicquid partem
denominat,necesse est totum ipsum denominare, nam al-
bedo dentes denominat ethiopis, nequaquam æthiopem.
⁋ Dubitant & adhuc sorticole, quia videtur nomen am-
biguum, esse nomen, quia valet est nomen ambiguum,
igitur nomen, ab inferiori ad suum superius. ⁋ Respon-
dendum,non valere,sicut non valeat,est homo mortuus,
igitur homo. itemq; nec valet, est albus dentes, igitur al-
bus. Non enim arguitur ab inferiori ad superius, sed a se-
cundum quid,ad simpliciter.

⁋ Ipsum uero philonis,aut philoni & cætera id genus non nomi na sunt,sed nominis casus. ratio autem eius in alijs quidē est eadem,quamq̄ differunt. Nam cum est, aut fuit, aut erit,addideris: neq; uerum neq; falsum est, nomen uero ipsum semper, ut philonis est,aut non est: nondum uerum aut falsum dicens.

[Com. 11. Positio stoicorum.] ⁋ Quidam vt stoici casus esse nomina,& rectum esse ca
sum concedunt. Rectum quidem casum,quia e mente ipsa
cadit,& ab ipso cæteri casus. obliqua vero nomina,quo-
niam voces sunt significatiuæ ad placitum sine tempore.
Excludit igitur casus ipsos e nominis ratione, & inquit,
ipsum vero Philonis aut Philoni non nomina sunt sed no
minis casus. ⁋ Addit tamen conuenientiū inter casus et no
mina & differentiam,& inquit. ratio quidem eius hoc est
nominis,que Paulo ante generatim assignata est. In alijs
quidē eadem est, quasi dicat q rō generalis nominis, que
proxime assignata est,vna est nominis ipsi, atq; casibus
q̄q; differunt, nam cum ipsis casibus,aut fuit, aut erit,
credideris,neq; verum neq; falsum est nomen vero ipsum
cum (supple) addideris,semper verum aut falsum dices,vt
Philonis ipsi est,aut non est,dum addes,nondum enim ve
rum aut falsum dices. Nomen igitur & casus nominum
conueniunt in ratione nominis generali, differunt autem,
quoniam nomen additum verbo est,semper reddit oratio
nem aut veram aut falsam. ⁋ Ex his vult habere Aristot. [Definitio nominis fecta.]
hanc esse nominis definitionem. nomen est vox significa-
tiua ad placitum,cuius nulla pars significat separata, de-
terminata atq; recta,per hanc rationem habetur tota no
minis essentia. ⁋ Per hæc patet solutio ad rationem stoico [ad argum. stoicorum.]
rum. licet enim rectus cadat e mente, non propter hoc di-
citur casus. dicetur enim etiam verbum habere casus, sed
id dicitur casus,qui ab alio cadit per inflexionem, vt Boe
tius & Ammonius addunt. Cur vero visus est verbo sub- [Dubitationes literales.]
stantiuo,curue generalem premisit nominis rationē. Am-
monius e quo expositor noster accepit facile declarat, nā
substantiuo vsus est,quia cum cæteris verbis casus faciunt
nonnunquàm orationes veras. Premisit vero rationem
generalem, quia doctrina incipit ab vniuersaliori adiecit
specialiorem,vt generalem compleret. ⁋ Animaduerten- [Positio Auer. de nomine.]
dum quòd Auerro. in paraphrase huius capituli,velle vi
detur quòd tam nomina ambigua que vocat infinita,
q̄ casus nominum, sint nomina, & hoc ideo dicit, quia
vult nomen diuidi in hæc. Omne autem diuisum prædi-
catur de diuidentibus, sed quia hoc videtur contradicere
verbis Aristotelis, pro verificatione litere, vult hæc non
esse dicenda nomina absoluta, nam propter excellentiam
videtur rectum nomen, & detrimentum nomen esse no-
mina, quia videlicet in illis nominis ratio [illegible] sal-
uatur,& ita vult hec esse nomina non priuationes nomi-
num, licet absolute dum nomen proferatur de potioribus
intelligatur,quemadmodum accidens est ens,& substan-
tia est ens,verum ens absolute intelligitur principaliter de
substantia. principaliter igitur nomen dicitur de rectis, &
determinatis,siue finitis,licet communiter de vtrisq; dica
tur. Multa capitiunculatores hic fabulātur,que cum pue
rilia sint,prætereunda esse dijudico. Multa quoque de no-
minis distinctione Ammonius addit, que cum sint po-
tius grammatice dicta, grammaticis relinquantur. Hec
de nomine.

⁋ De remate hoc est uerbo. uerbum uero est id quod significat tempus: cuius nulla pars seorsum significat: atq; semper eorum quæ de altero dicuntur est signum.

[Com 12.] ⁋ Et de nomine tanquàm de prima orationis parte, ha-
ctenus. nunc igitur de verbo, quod grece est rema, defi-
niens itaque verbum particulas quasdam,in quibus cum
nomine ipso conuenit, reticuit breuitas amator, vt in-
quit Ammonius volens illas esse intelligendas. tres ve-
ro alias explicat, quibus & a nomine, & ab oratione,
& a participio differat. Per hanc igitur particulam q
significet tempus, nomen ipsum differt a verbo, ver-
bumque e nomine, quando nomen ipsum sine tempo-
re significet,vt in eius definitione adiecit. Per secundam
vero particulam videlicet cuius nulla pars significat se-
orsum, verbum differt ab oratione cuius partes seorsum
significant. ⁋ Sed dices hec secunda particula posita est
in definitione nominis, igitur debuit pretermitti, vt pre-
termittuntur alie communes sibi & nomini. ⁋ Respon-
det Porphyrius,quem sectatur Ammonius,quòd in defini
tione nominis addicta est particula hec, vt nomen ipsum
ab oratione differat,que e nominibus constat,vt cum di-

citur homo est animal. In definitione vero verbi addita est vt verbum ipsum differat ab oratione, quę constat ex verbis vt currere est moueri, & id genus, ideo replicata est hic. ¶ Melius autem videtur mihi esse dicendum q̃ Arist. hanc particulam replicauit in definitione verbi, verbum videtur habere oratione maiorem conueuientiam, quàm habeat ipsum nomen, vt eiusmodi sunt orationes amo, disputo, & id genus, quia igitur cum oratione habere videtur maximam conuenientiam, ne sit erraneo locus idem replicat in definitione verbi, vt pateat ipsum ab oratione differre, quam responsionem videtur fortasse sentire expositor notter. Per tertiam vero particulam Ammonius, Boetius, & expositor volunt verbum differre ab ipso participio, quod quidem significat cum tempore, verum hoc differt ab ipso verbo, q̃ verbum semper est signum eorum quę de altero dicuntur, hoc est semper est intelligendum a parte predicati. Participium vero differenter a parte predicati et subiecti. Adijcit expositor nonnulla, quę ab Ammonio excipit, quę ommitto. Auer. autē in paraphrase huius partis, vult hanc tertiam particulam non esse definitionis quicq̃, sed esse additum vt proprium cum verbo conuertibile, nam cum omne verbum sit aut substantiuum aut adiectiuum omne se tenet semper ex parte predicati ita videlicet vt sit tota oratio in duo sectilis, in subiectum quod semper est nomen, vel loco nominis positum, & in predicatum quod est aggregatum ex apposito, & verbo, vt huius propositionis homo est animal, subiectū est homo, prędicatum est animal, recte igitur vt proprium est additum. Potest tamen per Auer. hæc expositio colorari, quia nulla definitio, vt traditur sexto topicorum, dari debet per copulationis notam, aliter esset proposito copulatiua. quare vero verbum semper se teneat a parte prædicati posterius dicetur. Q̃uantum vero ad gręca verba attinet, significat tēpus, gręce est prosemaeonon chronon, quod magis sonat latine consignificans tempus, & recte quidem, cum multum differat, significare tempus, & consignificare tempus, vt mox dicetur.

Expō verborum.

¶ Dico autem ipsum tempus consignificare: quoniam ualetudo quidem nomen est. ualet uero uerbū. significat enim nunc esse.

Com, 13 ¶ Prętermittens vnam particulā definitionis verbi, quia exposita est in definitione nominis (ibi enim quid vult intelligere per illā particulam, cuius nulla pars significat separata est expositum) duas tantū exponit, & primo quod per consignificare tempus velit intelligere per exemplum, & inquit. [Q̃uoniam valetudo quidem nomen est. valet vero verbum significat enim nunc esse.] Animaduertendum vt ex Porphyrio colligitur quòd valitudo & valeo idem principaliter significant. similiter curro & cursus. ambo enim motum pedum significant principaliter, sed hoc differunt, quòd valeo secundario consignificat tempus vt valetudinem cum differentia temporis prędentis. hoc est nunc alteri inesse, aut cum differētia temporis prętériti, aut temporis futuri, at valetudo nullo modo tempus consignificat, sed tantum dispositionem corporis. ¶ Amplius idem significāt est & ens, sed est significat esse cum certa differentia temporis, ens vero esse tantum absolute. Recte igitur diximus verbum consignificare tempus, & non significare tempus, sic enim nō differret a nominibus vt ab anno die, & cęteris id genus. ¶ Q̃uantum vero ad verba græca attinet. in græco codice non est cursus neq̃ currit, sed sic legitur. hygeia hoc est valetudo, & hygiaenei hoc est, valet verum de exemplis non multum curandum est.

Expō verborum.

¶ Et semper eorum quæ de altero dicūtur signum est, ut eorum quæ de subiecto, aut eorum quæ in subiecto sunt.

¶ Nunc tertiam particulam exponit, & potest (vt Auer. innuit) dupliciter intelligi. vno modo vt verbum sit semper nota predicarorum vt quod, vt quando ipsum est predicatum veluti in enuntiationibus de verbis adiectiuis, vt Callias disputat. est enim disputat prędicatum, aut potest illud intelligi vt quo, quia ipsum est quo prædicatum dicitur de subiecto, aut est in subiecto, vt in enuntiationibus de verbo substantiuo, vt homo est animal, aut homo est iustus. Animaduerte tamen vt Boetius exponit in ante prędicamentis, quòd dici de subiecto competit per se generi atq̃ substantię esse in eo subiecto solum accidentibus. Propter hæc adiecit Aristoteles [vt eorum quæ de subiecto] vt in predicationibus per se [aut eorum quæ in subiecto] vt in prędicationibus per accidens, amplians dictum suum ad omnia prædicata. ¶ Circa hęc dubitare solitus sum. Primo an verbum sit pars propositionis. Secundo si pars vtrum se teneat cum subiecto, an cum prædicato. Tertio vtrum sit nota eorum quę de altero dicuntur, aut quæ in altero sunt. ¶ Respondent recentiores ad primam quòd verbum nullatenus est pars propositionis. Alij quòd sit pars propositionis, & fit semper pars prędicati aut totum prędicatum. Primi persuadent primam eorum positionem multis rationibus. Primo quia verbum non est terminus. primo priorum, inquit enim ibi, terminum voco, in quem resolutur propositio vt subiectum & prędicatum, & nihil meminit verbi. Secundo, omnis pars propositionis potest esse maior aut minor, vt Aristot. ait ibidem. Tertio Aristot. cum docet terminos omni inesse, & nulli inesse, primo priorum nihil verbi meminit, igitur non est terminus neq̃ pars propositionis. Quarto nulla daretur conuersio in terminis, quoniam verbum nunquàm mutatur. Ex his & alijs multis verbum nec terminum esse, nec propositionis partem contendunt. ¶ Sed contra hoc pro secunda positione faciunt Porphyrius, Ammonius, Boetius, & omnes expositores greci & latini. Et potest hęc positio persuaderi. verbum est pars orationis, vt omnes grammatici autumant, igitur pars alicuius speciei orationis, igitur enuntiationis aut propositionis. Secundo oratio constat ex nomine & verbo, vt ait Priscianus & Ammonius in principio huius, vbi dixi nomen & verbum esse partes integrales enuntiationis. propter hęc & alia tenemus cum grammaticis & peripateticis verbum esse partem orationis, propositionis, & enuntiationis. ¶ Vbi animaduertendum esse duplex verbum, vt Porphyrius notat, cathegoricum, quod Auer. adiectiuum nūcupat, vt valet, currit, & id genus, & syncathegoricum quod Auer. & alij substantiuum appellant, vt sum es est. Tunc dicendum verbum primo modo esse partem enuntiationis & prędicatum. causa est quia, vt dicit Aristoteles, illud nō differt a nomine quo ad significatum principale, sed solum quo ad consignificatum, quatenus nomen non consignificat tempus. verbum vero nunc esse, aut heri fuisse, & fore cras, igitur vt nomen est pars enuntiati, ita verbum. verbum secundo modo non est pars materialis, quia nec subiectum nec prędicatū, sed significans quādam compositionem, quam sine extremis non est intellige re, igitur est pars formalis & prędicatum formale, & quoniam forma potest remanere eadem omni materia mutata. Propter hęc verbum illud nunquam variatur, etiam extremis mutatis. ¶ Hęc est Boetij, Ammonij, Auerrois, Porphyrij, & omnium græcorum expositio. ¶ Tunc ad rationes. Ad primam concedo verbum substantiuum non esse terminum materialem, sed bene verbum adiectiuum, nec contra hoc procedit verbum Aristotelis. ¶ Per idem ad secundum concedo verbum substantiuum non posse esse, nec sic nec sic, propterea nō est pars materialis. Verbum autē adiectiuum bene. Per idē ad alias rationes. omnes enim concludunt substantiuum verbum non esse partem materialem, cum quo tamē stat esse partem formalem. Verba vero adiectiuo sunt prædicata vt patet. ¶ Ad secundam dubitationem recentiores breuibus volunt verbum substantiuum, quod est extremorum vnitiuum, non magis se tenere ex parte prædicati q̃ ex parte subiecti, cum sit inter illa medium cum nullo magis se tenens. verba vero adiectiua ratione participij in eis inclusi se tenent cū predicato. Ratione vero copulæ & verbi substantiui cū neutro magis pro his facit ratio hæc, quia forma non magis est forma vnius partis q̃ alterius. ¶ Cum igitur copula ipsa sic forma rationis & compositionis nō magis cum subiecto q̃ cum prædicato se habere debet. ¶ Secundo astipulatur huic id quod Aristoteles dicet. est significat quandam compositionem quam extremis non est intelligere. Igitur indifferenter se habet ad ambo. ¶ Tertio, si verbum esset pars prędicati in omni bono sylogismo medium esset æquiuocum, quoniam variaretur continue aggregatum ex verbo & predicato, vt dicendo. omnis homo est animal. Plato est homo. igitur Plato est animal. In prima verbum est se tenebat cum animali in secunda cū homine, igitur variatur. ¶ Q̃uarto, tunc nulla daretur prædicatio superioris de inferiori quia dicendo homo est animal hoc totum est prædicatum est animal, modo hoc totum non est genus nec superius. ¶ Q̃uinto quatuor sunt prædicata, primo topicorum, capite quarto, quorum nullum est verbum. ¶ Sed hæc positio contradicit omnibus. Boetio quidem, quia vult verbum esse notum, quatenus in prædicato notatur aliquod accidēs. Ammonio & Porphyrio vt visum est. Auerroi vero, quia inquit, & proprium verbo est vt sit semper appositum & non suppositum subiectum & non prędicatum. ¶ Rationibus etiam contradicit, quia omne additum alicui vocatur grammaticę appositum, logice vero prædicatum. ¶ Amplius prędicari est actus formę, sed verbum est magis forma quàm alterum. igitur sibi conuenit ratio prędicati & magis. ¶ Propter hęc dicendum vt supra verbū adiectiuum esse partem prædicati aut totum prædicatū, & hoc quia non differt a nomine verbali penes principale significatum, At verbum substantiuum, & si non sit pars prædicati est syncathegorema prædicati, quemadmodum signa vniuersalia & particularia sint syncathegoremata subiecti. ¶ Huius ratio est, quia formalia cum formis coordinantur, materialia cum materijs, constat autem subiectum tenere vicem materię, quatenus aut est subiectum vere accidentis prędicantis, aut inferius ad prædicatum, & vtroq̃ modo habet vicem materię, ideo sibi materialia signa comparat. Prędicatum vero cum sit aut accidens aut superius, rationem tenet formę, ideo attrahit sibi formalia, quorum vnum est verbum, verbum itaq̃ vt sic se tenet ex parte prędicati. ¶ Per hęc ad argumēta. ¶ Ad primum patet solutio, verbum enim syncathegorice sumptum significat formam, quę licet vt forma cum nullo magis se teneat vt syncathegorema se tenet cum suo simili, vtpote cum prędicato, vt signa materialia cum subiecto. ¶ Per idem ad secundum licet verbum vt forma sit indifferens, vt syncathegorema est signum prędicati. ¶ Ad tertiam dicendum quòd syllogismus non variatur, nec medium materiale, licet varietur verbum non enim est pars materialis enuntiati aut propositionis. ¶ Ad quartum consequentia non valet, quia prędicatio superioris de inferiori est secundum terminos materiales. ¶ Ad quintum patet solutio, Aristoteles enim enumerat prędicata dialectica & non omnia. ¶ Tunc per hæc potest solui tertia dubitatio, nam verbum cathegorice sumptū, vt Porphyrius voluit, est totum prędicatum principaliter connotans verbum syncathegorice. Syncathegorice vero est signum prędicatorum, vt enim signa distributiua siue quantitatiua coordinantur cum subiectis propositionum, quia subiecta se habent vt materię sic verba syncathegorica cum sint formalia coordinantur cum prędicatis, vt igitur illa sunt subiectorum signa, sic verbum prędicatorum sine nota siue signum.

Dubitationes. 1 2 3

Responsio recentiorū

Solutio tertie quęstionis.

¶ Non ualet autem & non laborat non dico uerbum. Consignificat quidem enim tempus estq̃ semper de aliquo. differentiæ tamen huic nullum nomen est positum, sed sit ambiguum uerbum, quoniam simili modo de quocunq̃ est & de eo quod est, & de eo quod non est.

¶ Secundum Ammonij expositionem, quam vt plurimū sectamur, Aristoteles volens complere rationem verbi excludit duo a ratione verbi, videlicet infinita verbi, & casus verborum. ¶ Primo igitur proponit intentum, & inquit.] Non valet autem & non laborat non verbum dico. [Et sic infinita siue dubia aut ambigua verba vult dici non verba. ¶ Secundo explicat in quot conuenit cum verbo, & inquit. [Consignificat quidem enim tempus, estque semper de aliquo.] subaudi aut signum aut nota aut prędicatum. Igitur in duobus conuenit cum verbo. tum in consignificando tempus. tum etiam in esse de altero, etiam in alijs conuenit, sed vt breuitatis amicus reticuit alia. ¶ Deinde, quia hæc verbi maneries caret nomine inquit. [Differentię tamen huic nullum nomen est impositum, sed sit ambiguum verbum.] Cuius rationem ait. [Q̃uoniam simili modo & de quocunque est, & de eo quod est, & de eo quod non est.] vnde virtus syllogismi erit. indifferens secundū prædicationē enti & non enti. ambiguum est dicendum, non valet & id genus est indiferens prędicationes, igitur ambiguum. ¶ Q̃uantum vero ad verba greca attinet, verbum differentię grece est diaphorę. Ex hoc potest dubitare quis, si tale verbum esset dicendum. Propterea per differentiam non propriæ illud quo differunt species sub genere sumit, vt recte Ammonius animaduertit, sed diuersitatem quæ etiam est eorum quę specie & genere differrunt. Ambiguum vero græce est, aoristum, quod latine siue indeterminatum, siue ambiguum, siue indefinitum dicatur. Illud intelligit quod est indifferens prædicatione ad ens, & ad non ens. ¶ Amplius videt quòd simili modo sit de eo quod est & de eo quòd non est, quia de eo quod est, vere est prędicatum, vt equus non valet aut non laborat, sed de eo quod non est, nihil potest vere esse. Existere enim aliquid non existenti impossibile est. ¶ Propterea verbū simili modo græce est omois, modo non dicit ommimodam similitudinem. Sed (vt dicit Ammonius) secundum quid, vt enim hęc vera est, equus non valet aut non laborat, ita hęc, hypocentaurus non valet aut non laborat, & sic videtur similitudo in ratione generali, non in ratione speciali. Hęc quo ad verba ipsa greca satis. ¶ Animaduertēdum quòd de verbo ita est dicendum vt de nomine apud Auerroem, ipse enim vult verbum esse genus, cuius duę sunt species, uerbum, quod per excellentiam intelligitur finitum & determinatum, & aoristum, quod est indefinitum prædicatione, huic positioni consonat verbum illud, differentiæ tamen huic nullum positum est nomen. Modo diffe-

Com, 15.

Expō uerborum. Differentia diaphora.

Ambiguū aoristum. Dubitatio literalis.

Simili modo omios.

Ratio

Positio auer. de verbo finito.

motinum

rentia, aut est species generis, aut in speciem contrahens, quo fit vt Aristo. non velit definitiones complere, sed definitū per differentias diuidere, vt illius speciei describat.

Dubitatio magna. ¶ Sed circa hęc est dubitatio non parua. Vtrum videlicet omne verbum quatenus verbum est possit infinitari, & si sic, quomodo ab ipso verbo negato differ in oratione.

Pō recentiorum. y differūt. ¶ Tenent recentiores duo, primum omne verbum quatenus verbum posse infinitari, secundum quòd verbum infinitum siue aoristum y quia (vt Esculamus inquit) verbum negatiuum vim tenet duorum. aoristum vero vnius, ideo aoristum verbum vna dictio est & affirmatiua. verbum negatum duę dictiones sunt contradictorium ad affirmatum. ¶ Propterea apud hos hęc non contradicunt. currit, & non currit, vt non currit tenetur aoristice.

Ratio propositione 1 ¶ Pro hac positione arguunt primo, quia Aristoteles inquit verbum aoristum, similiter de quocunq; esse, & de eo quod est, & de eo quod non est. Hoc autem non competit ei nisi in oratione remaneat infinitum siue aoristū.

2 ¶ Secundo dicit ipsum esse semper notam siue signum, hoc autem esse non potest nisi in oratione remaneat aoristum.

3 ¶ Tertio vt nomen in oratione potest remanere

4 nomen aoristum, ita verbū etiam. ¶ Quarto omnis pars orationis potest remanere in oratione. Sed verbum aoristum est pars orationis.

Vltima. Vltimo, si verbum aoristum solum extra orationem esse tale, tunc esset inutile atq; superfluum, & sic volunt verbum aoristum in oratione differre a verbo negato, esseq; aoristū etiam in oratione vt ipsum negatum. Differentia autem dicta est apud hos.

Confutatio prima rō & primus error. ¶ Sed hęc positio stare non potest, primo quia non omne verbum potest aoristari, quia non verbum substantiuum syncathegorice sumptum, quemadmodum nec nomen entis transcendenter sumptum apud eos.

Scts error. prima rō ¶ Secundo errant, quia nullū verbum syncathegorice sumptum, hoc est vt importat compositionem tantum videtur posse aoristari, primo, quia aut particula negatiua addita verbo tollit ab illo compositionem ponens oppositā diuisionem aut negationem, aut nullam ab eo aufert affirmationem siue compositionem, si nullatenus compositionem aut affirmationem tollit, hęc enuntiatio hypocentaurus non currit, erit affirmatiuo, igitur valet. hypocentaurus est ex affirmatiuo de tertio adiacente & non termino distrahente

2 aut diminuente ad affirmatiuam de secundo. ¶ Secundo illa non differunt quæ non variant enuntiationem quantum ad veritatem & falsitatem, modo in nullo differt apud hos dicere hypocentaurus non currit negatiue et aoristice tenendo particulam non, quo ad veritatem & falsitatem, igitur nō differunt. ¶ Vltimo est authoritas Boetij hic expressa, & expositoris etiam in secundo huius, qui volunt verbum infinitum positum in oratione non differre a verbo ipso pure negato.

Solutio propria ¶ Propter hęc animaduertendū est quòd verbum siue adiectiuum siue substantiuum duo importare videtur, vnum quatenus verbum est, compositionem prędicati cum subiecto, quia quidem ratione est syncathegorema siue signum prædicatorum, vt signa ipsa distributiua sunt syncathegoremata subiectorum, vt dixit Porphyrius. ¶ Aliud vero non quatenus verbum, sed quatenus descendit e nomine, importat idem illud quod nomen, vt laborat, idem principaliter quod labor, e quo deriuatum est laborat, ipsum est idem

1 quod esse siue existens, & in cęteris id genus. ¶ Tunc dico duo ad dubitationem. Primum est quod sumendo verbum quatenus verbum, hoc est vt imponat compositionem, & vt est syncathegorema prędicatorum ipsum non potest aoristari aoristatione alia e negatione ipsa, vt

2 rationes nostrę cogunt, & authoritates tactæ. Secundum est quòd verbum ipsum quo ad significatum, in quo cum nomine verbali ipso conuenit, & per quod e nomine descendit, aoristari potest, aoristatione videlicet transeunte in prædicatum, vt hypocentaurus non laborat, sensus est hypocentaurus est non existens laborans, remanet enim est ipsum syncathegorice sumptum pure affirmatum, totum illud quod habebat cathegorice, remanet aoristatum. ¶ Hęc est sententia Auerrois plane in paraphrase huius partis, & in secūdo huius. Inquit enim hic, & verbum infinitum est quod significat illud quod significat nomen infinitum, & tempus illius intentionis, & illud est priuatio quam significat nomen infinitum scilicet priuatio quæ definita est in libro prędicamentorum, sicut sermo noster non sanatur, ipse nanq; significat illud quod significat sermo noster non sanitas, & tempus illius intentionis, idest illius priuationis. ¶ Hęc eadem in secundo huius ad verbum etiam ait Auerrois, & sic verbum quatenus verbum aoristari non potest, sed quatenus cum nomine ipso conuenit. Per hęc ad omnia argumenta patet solutio, nam bene concludunt posse verbum aoristari & remanere in oratione aoristum, non tamen quatenus verbum & syncathegorema, sed quatenus cathegorema, & quo cum nomine conuenit, vt videlicet particula ipsa negatiua aoristat prędicatum pro tempore importato per verbum, vt in hac enuntiatione. Scylla non currit aoristice tenendo particulam non, sensus est Scylle non cursus pro nunc inest, aut Scylla est non existens nunc currens, vbi verbum est in enuntiatione illa erit purum syncathegorema prędicati aoristice tenti nihil aliud pœnitus importans nisi compositionem extremorum.

¶ Similiter autem ualuit atq; ualebit non uerbum: sed uerbi casus sunt. differunt uero a uerbo: quoniam hoc quidem præsens consignificat tempus: illa uero circumcirca.

Com. 16. ¶ Secundum Ammonij interpretationem Aristoteles excludit a diffinitione verbi casus verbi vt prętеritum & futurum. Vult enim casus hosce non esse verba, sed verbi inflexiones, quęq; hoc modo differunt a verbo quatenus verbum ipsum prędens tempus consignificat, illa vero consignificant circumcirca vt prętеritum quod est ante præsens, futurum quod est post prędens. ¶ Quantum vero ad verba græca attinet Aristoteles adiecit tempus cum dixit prędens tempus. Nam, vt Ammonius inquit, præsens dicitur de momento, quod grece est nym, latine nunc & quoniam in ipso nunc non potest esse actio et passio, quæ propria sunt verbo, ad excludendū ipsum nunc adiecit tempus. ¶ Amplius verbum illud circumcirca grece est perix, quod Boetius trāstulit quod complectitur, sed rationabiliter circumcirca dicuntur, quia prętеritum & futurum circuunt prędens, quoniam prętеritum est, quod fuit prędens, futurum vero quod erit prędens hinc fit quod solum præsens dicatur absolute tempus, cum reliqua non nisi ratione habita ad ipsum dicantur. Et quoniam de ratione verbi est agere aut pati, actio vero & passio non sunt nisi in tempore prędenti, in alijs vero secundum quid, quia videlicet fuerunt aut erunt, iure principaliter verbum prędens verbum dictum est, alia vero per inflexionem casus verbi. ¶ Ex his colligit Ammonius completam definitionem verbi, & res patet. ¶ Animaduerte q̄ de intentione Auerrois in hac paraphrase solitus dicere hanc esse secundam verbi diuisionem q̄ verborum quædam sunt recta, quædam obliqua, & vtraq; sunt verba, verbum rectum principaliter, & per quandam excellentiam dicitur verbum, reliqua dicuntur verba inflexa siue obliqua, nec valet, sunt verba obliqua igitur verba.

Confirmatio Auer. Circa grę verba. Perix circunc irca Intentio Auer.

¶ Circa

Dubōnes Prima. Secunda. prima solutio. ¶ Circa hunc locum consueui quærere an diuisiones hæ ipsius verbi sint generis in species. ¶ Secundo, vtrum obliqua sint principalius verba quàm recta. ¶ Ad primam nōnulli voluere diuisiones illas verbis esse analogi in analogata. Est enim verbum analogum quoddam ad recta, obliquaq;, & ad finita, atq; infinita. Nam verbum principaliter de recto & finito dicitur, per attributionem. ¶ Ad hæc dicitur de alijs, sed hoc stare non potest, quia vt ait Alexander Aphrodisius, esse analogum per species debet describi, modo verbum non per illa Aristoteles descripsit.

Cōfutatio

Positio Auer. ¶ Auerrois autem videtur velle has diuisiones esse generis in species. ¶ Sed nec hoc mihi placet, quia omnis differentia specifica est per formas, modo finitudo, infinitudo, rectitudo atq; inflexio sunt accidentia verbo.

Positio propria. ¶ Propter hęc mihi videtur, quòd diuisiones hæ sint subiecti in accidentia, verum potest diuidi subiectum in accidentia dupliciter. Vno modo seruata identitate illius, vt Socratis diuisio erit, quia nunc dormit, nunc disputat, nunc legit & id genus. Et hac diuidendi ratione verbum ipsum est diuisum in rectum & obliquum, nam vt tempus est idem numero differens accidente a prętеrito & futuro, ita verbum est vnum numero quod est prędens, prętеritum & futurum. ¶ Alio modo non seruatur subiecti identitas, vt quando diuiditur animal per nigrum vt corus, & per album vt cygnus, & id genus, & hac diuidendi forma, verbum ipsum sectum est per finitum & infinitum, non enim idem numero potest esse vtrunq;. Tu vero super hæc considera.

Solutio ¶ Ad secundam dicere soliti sumus verba obliqua esse ignobiliora, quoniam cadunt, nec sunt talia, nisi quatenus circuunt prędens. ¶ Sed dices obliqua complectuntur prędens per Boetium qui sic transtulit, & addunt aliquid, igitur sunt pręstantiora. Dici potest verbum (vt dicit Arist.) principaliter intelligi de prędente. ¶ Tunc ad argumentum dico q̄ includunt illud secundum quid & respectiue, non autem simpliciter vt verba ipsa recta.

¶ Ipsa igitur uerba per se quidem dicta & nomina sunt, & aliquid significant, nam proferens illa cogitationem sistit, audiens quoq; quiescit. Sed si est aut non est nondum significat, quando non sit signum rei esse aut non esse, neq; si ipsum esse seiunctum dices nam ipsum quidem nihil est, sed consignificat quandam compositionem, quæ sine compositis intelligi nequit.

Com. 17. Expositio ammonij. ¶ Ammonius exponit Arist. velle declarare quoniam modo verba ipsa se habeant ad significandum verum vel falsum. ¶ Si dices contra eum Aris. rem hanc attigisse in prohemio huius libri, igitur non erat repetendum. ¶ Respondet Aristo. hoc egisse generatim de omnibus simplicibus, nunc speciatim de verbis ipsis rem amplectitur. ¶ Amplius nunc rem hanc raptim tetigit, nunc longa oratione perficiet. Huius forte expositionis causa est, quia verba ipsa videntur maxime conuenire cum oratione, & sic videntur significare verum vel falsum.

Cōfutatio expositionis. ¶ Hęc expositio nō placet, quia res hęc patebit in definitione orationis & enūtiationis, igitur non est totiēs repetendum.

2. expō ¶ Amplius hęc expositio literę non cōsonat vt videtur.

Cōfutatio ¶ Propterea expositor vult cū Boetio Aris. tradere hic verbi cū nomine ipso conuenientiā & differentiam.

Dubō ¶ Nec hęc expositio placet, quādo per definitiones eorum res hęc pateat satis. Propterea videtur mihi quòd litera sit illatiua, & sic videtur ex dictis concludere duo, & q̄ verba secundum & per se dicta sint nomina, & q̄ significat aliquid.

Responsio ¶ Sed ambiges, nullum disperatum prędicatur disperato, nec per se nec cum alio, sed verbum & nomen sunt disperata, igitur non prædicatur nomen de verbo. ¶ Respondent Thomas & Ammonius nomen hic accipi, vt communiter significat quālibet dictionem impositam ad significandam aliquam rē, & cum ipsum agere vel pati est aliqua res, igitur verbum vt sic dicitur nomen. ¶ Sed hęc responsio mihi nō placet, pace eorum dixerim primo, quia tunc aliter acciperetur nomen hic, & aliter dum ipsum definierat, & sic in tam breuibus equiuocatione vsus esset. ¶ Secundo si nomen hic acciperetur pro dictione significante rem, tunc verba tam per se quàm cum alio sumpta essent nomina quando vtroq; modo rem significent. ¶ Boetius cui Auer. consentire videtur, vult verba secundum se sumpta dici nomina secundum similitudinem, sed quando accipiuntur cum extremis, tunc nominibus non assimilantur. ¶ Hæc expositio non placet, quoniam dictum Aristo. est absolutum & non similitudinarium. ¶ Animaduertendum igitur q̄ Aris. loquitur de verbis vt deriuantur a nominibus, & tūc vult quòd verbum quòd nomen sibi correspondens sint idem quo ad significatum per se & principale, vt valeat idem quod valetudo, currit idem quod cursus. Cursus enim & currit idem principaliter significant, vt album & albedo, sed differunt quantum ad consignificatum, nam verbum cum ponitur inter extrema vltra principale significatum consignificat compositionem quandam, quę sine extremis intelligi nequit. Nomen vero illi correspondens significat tantum rem absq; illo. Ideo inquit. Ipsa igitur verba per se quidem dicta atq; prolata & non inter extrema constituta & nomina sunt, & significant aliquid. Hęc res sequitur ex definitionibus nominis & verbi, vt patet.

Cōfutatio Responsio Boetij. Cōfutatio Expositio propria, Aris. & Quantum ad verba græca.

¶ Quātum ad verba græca attinet, dixit per se dicta, hoc est non inter extrema constituta, quia verbū habet significatum principale, & hoc habet vt per se dictum, & vt sic nomen est, habet consignificatum, quatenus inter extrema ponitur. Ideo ait per se dicta, cum enim per se dicitur aut profertur, cadit a consignificato, quod sibi competit, per hoc quod stat inter extrema. Igitē si hi tantum remanet principale significatum, & cum illud met sit ipsius nominis, verba igitur per se dicta erunt nomina. Et hanc expositionem pauci, immo nullus ante me percepit. Adiecit autem, & nomina sunt & significant aliquid, nam omnis dictio etiam non significatiua dici potest nomen communissime acceptum. Ad denotandum q̄ vult intelligere de nomine proprie dicto adiecit, & sunt nomina, & significant aliquid. ¶ Et ita verbum illud græce, & non expositiue tenetur, vt Ammonius credit.

Quantum ad verba græca legō ¶ Hanc conclusionem syllogizat Aristoteles, sistens cogitationem & quietans audientem, est nomen et significat aliquid, verbum per se dictum sistit cogitationem, & quietat audientem. Igitur nomen et per se aliquid significat, tangit minorem et inquit, nam proferens illa sic seorsum dicta cogitationem sistit, audiēs quoq; eadem illi proferenti acquiescit. ¶ Quātum vero ad verba græca attinet, verbum illud græcum legon trastuli proferens, quia dicere sumit pro proferre. ¶ Estq; etiam sermo suus clarior, propterea suppleui illud verbum illa, quia de verbis loquitur. ¶ Verbum sistesi trastuli sistit & non constituit, quoniam constituere conuenit partibus respectu alicuius totius. Lateres enim constituunt domum, modo nec verba sic dicta sunt partes nec cogitatio totū. ¶ Verbū diano eā cogitationē trāstuli, et nō intellectū, nā intellectus est solū intelligibiliū, dianoea etiā sensibiliū, est n. dianoea intellectus cū imaginatione cōiunctus, vt dicit Themistius in libro de memoria & reminiscentia.

Sistesi. dianoea

¶ Sed contra hæc obijciet iunior, quia si proferens verba secundū se dicta sistit dianoeam, tunc verba significarēt esse vel non esse, hoc est affirmationem vel negationem. ¶ Respondet Aristoteles q̄ ille qui dicit verbum sistit intellectum quod ad operationem, quę est simplicium intelligē-

Obiectio.

tia,hac enim ratione quieſcit audiens,non autem ſiſtit ad dianoeam ſiue cogitationem quo ad ſecundam,quę eſt eſſe vel non eſſe intelligere. Inquit. Sed ſi eſt aut nō eſt ſubaudi tu proferens verba per ſe,nondum ſignificat, & per conſequens ſiſtit intellectum quo ad primam operationē, & non quo ad ſecundā,quę eſt intelligere eſſe vel non eſſe.

¶ Quod autem Ariſto.hic ſoluat tacitam hanc dubitationem particula illa aduerſatiua.[Sed]denotat,quæ eſt obie- Probatio: ctioni aduerſans.¶ Reſponſionem hanc probat,et inquit. quoniam ſubaudi tu prolatum illud ſic per ſe nō eſt ſignū rei eſſe vel non eſſe,hoc eſt non ſignificat rem eſſe vel non Multiplex expoſitio. Expoſitio Ammonij. eſſe,ſed rem tantum[neq; ſi.]¶ Hęc pars multipliciter exponitur. Ammonius exponit ꝙ vtatur ratione a maiori, quoniam ſi aliquod verbum ſignificet verum vel falſum eſſet ipſum verbum eſſe, ſed hoc non eſt,quando ſeiunctū dictum nihil ſit, ſed ſolum cum inter extrema collocatur, vbi tunc conſignificat compoſitionem quandam,quæ ſine compoſitis intelligi nequit. ¶ Sed quia in gręco ſcribi- 2.Expō tur on,quod latine ſonat ens.¶ Ideo Alexan.aliter exponit, ens nihil ſignificat. Igitur nec ipſum verbum eſt quod ab eo deriuatur,antecedens probat per hoc,quia eſt æquiuo- Cōfutatio per Thomam. cum decem predicamentis. ¶ Refutat hanc expoſitionem Thomas,tum primo,quia ens nō ęquiuocum eſt, ſed analogum cum prædicetur ſecundum prius & poſterius, tum etiam quia dictio ęquiuoca non nihil ſignificat,ſed multa, & quandoq; hoc,& qnq; illud tum etiam quia hæc expō 3.expō. Thomę nō multū facit ad intentionem preſentem.¶ Tertia exponitur vt Ariſt.arguat de omni verbo, nam omne verbum includit eſſe,vt currere curſum eſſe,et id genus. Sed ipſum eſſe pure dictum nihil eſt, igitur omne verbum pure dictum nihil erit. ¶ Sed hęc expoſitio,quam approbat expoſitor, mihi non placeat,tunc enim concluderem ꝙ alia verba nihil eſſent, nā omnia illa concludunt ipſum eſſe quod nihil eſt. Tū ſecundo ꝙ Ariſto.exiuit ab illo propoſito,& Expoſitio Ammonij. Obiectio: Thomæ. ad aliud ſe trāſtulit,cui hæc expoſitio non conſonat.¶ Propterea Ammonius exponit, ipſum verbum eſſe nihil eſſe, quia non ſignificat verum vel falſum.¶ Sed conſignificat quandam compoſitionem, quæ ſine extremis intelligi nequit. ¶ Obijcit huic Thomas ꝙ hoc eſt commune omnibus nominibus & verbis. Igitur non vadit ad intentionem Ariſto.qui aſſumpſit ipſum eſſe quaſi quoddam ſpeciale. ¶ Hoc nihil eſt contra Ammonium,quia licet Ariſt.ſpeciatim accepit ipſum eſſe. Illud generatim includitur in omnibus, ideo poteſt ampliari ad omnia, nec rationes contra Alex.valent. Prima non,quia ens eſſe analogum ſumpſit, ſed non probat. Secunda minime valet,hoc ſignificat multa igitur ſignificat aliquid,ſed bene aliqua,vnde hęc ſtant ſimul,ens ſignificat multa, & ens nihil ſignificat. Sed vt- Expoſitio propria. cunq; ſit expoſitiones hæ expoſitoris ſint ambiguæ, & per illas difficile eſt intelligere quid Ariſto.velit.¶ Ideo aliter & Porphyrio conſentaneæ expono,dixerat enim Ariſ. verum ſiſtere cogitationem ad primam operationem intellectus,non autem quo ad ſecundam,quoniam nullū verbū ſignificat rē eſſe vel non eſſe, quod eſt in operatione ſecunda intellectus. ¶ Contra obijcies,nam ipſum verbum eſſe,videtur ſignificare rē eſſe vel non eſſe. Igitur reſpōſio illa falſa,videtur igitur mihi ꝙ Ariſt. reſpōdeat huic obiectioni. Vbi diligenter animaduertendum quòd ipſum verbum ſum es eſt, poteſt capi pure atq; nude penitus ab omni ſignificatione, & ſic dicitur ſincathegorema a logicis, quia vt oīs nullus et id genus nihil ſignificāt, ſed ſunt ſyncathegoremata,& termini habentes officium, ſic verbum es eſt,cum pure accipitur, vt etiam non coincidit cum ſuo participio,eſt terminus habens officium atq; ſyncathegorema.ideo inquit,neq; ſi ipſum eſſe ſeiūctū dices & a noīe & a participio ſubaudi ſignificat eſſe vel non eſſe, nā ipſum quidem vt ſic nihil eſt ſignificatiue.¶ Sed conſignificatiue ideò ſubdit, ſed conſignificat quandam compoſitionem,quę ſine extremis compoſitis intelligi nequit. Igitur eſt ſyncathegorema et non terminus per ſe ſignificatiuus. ¶ Ex hoc ſoluitur dubitatio & colligitur ꝙ verbum adiectiuum differt a nomine penes conſignificatum,& non penes conſignificatum. Cum enim omne verbum adiectiuū includat eſſe, ideo includit conſignificando compoſitionē illam. ¶ Ex his colligitur ꝙ verba ipſa ſecundum ſe dicta nomina ſunt, quia nihil ſignificant præter nomina e quibus deriuantur, vt vero inter extrema collocantur conſignificant ipſum eſſe,& ita compoſitionem extremorum, & ſic non ſunt nomina,quo modo exponēdo non accidūt tot concluſiones. ¶ Et hęc expoſitio fortaſſe eſt Porphirij, & ſi non ſua,eſt noſtra. Quo vero ad græca verba attinet ipſum on,pro eſſe accepit,nō vt Alexan. exponit pro participio,quia ſic eſſet terminus per ſe ſignificatiuus, vt iſte terminus exiſtens, quod eſt contra intentionē literę,adiecit ipſum nihil eſſe cathegorematice,quia nihil ꝑ ſe ſignificat, cū ſit terminus habēs officiū, ideo ſubdit,ſed cōſignificat, tāq̄ ſyncathegorema & terminus hn̄s offm̄.Hęc eſt expō clara,mihi videt̄,& ſatis ad mētē.Ariſ.Et de verbo ſatis.

DE ORATIONE.

capud quartū

ORATIO uero eſt uox ſignificatiua, cuius partiū aliqua ſeparata ſignificatiua eſt ut dictio, ſed non ut affirmatio,ueluti homo ſignificat quidem aliquid,non autem quoniam ſit aut non ſit, ſed erit affirmatio aut negatio ſi quicquàm ſibi addideris:una uero hominis ſyllaba nullatenus ſignificat:non enim in hac dictione ſorex rex ſignificat,ſed tantum nunc uox eſt,in compoſitis uero ſignificat aliquid,ſed ut diximus non pro ſe.

¶ Illud(vt diximus)quod principaliter hic perquiritur,eſt Com. 28. enuntiatio , huius partes & materia nomen valet & verbū declaratæ ſunt, pars vero vt forma quę eſt oratio,nūc declaratur,cur vero (vt Ammonius dubitat) non eo ordine rem aſſecutus eſt quo in prohemio pollicebatur,dictum eſt.¶ Animaduertendū igitur ꝙ nomini & verbo & oratio Nota. ni communia ſunt vox ſignificare & nō per naturam, ſed ad placitum,vtrum vero cęterę particulæ , vt ſine tēpore vel cum tempore,an recte & determinatæ , ſiue aoriſtice, iam ex dictis patet,differt autem oratio ab vtroq;,quoniā illius pars ſignificatiua eſt vt dictio,nominis vero & verbi nō niſi per accidens(vt diximus) in definitione præterijt an a natura ſit oratio ipſa ſignificatiua an ad placitum, quia de hoc erit poſtea diſputatio. ¶ Apponit autē illa duo vt ꝙ ſit vox & ſignificatiua vt habeat genus proximū , adiecit cuius pars ſignificat vt dictio nō vt affirmatio vt habeat differentiam,quia differt e nomine & verbo.¶ Sed 1.dubō ad intellectum huius diffinitionis dubitemus de ſingulis. Et primo vtrum oratio ſit vox,& videtur ꝙ non oratio non eſt vna vox,igitur non eſt vox. Antecedens arguitur,oratio eſt multę voces,multę voces non ſunt vna vox, igitur oratio non eſt vna vox.¶ Reſpondet ſorticolę concedendo Reſponſio ſorticularū ꝙ oratio eſt multę voces,& alterius quod plures ſiue multæ voces ſunt vox ſiue vna ſola vox,quemadmodum plures homines ſunt vnus ſolus homo,& ꝙ ita ſit probāt,qm̄ hęc vox eſt vna ſola vox,& illa vox eſt vna ſola vox igitur hęc vox & illam vox ſunt vna ſola vox. Sed hęc vox & illa vox ſunt plures voces . Igit̄ plures voces ſunt vna ſola vox, & ſic concedunt plures voces eſſe vnam ſolam vocem diuiſiue,vt dictum eſt. ¶ Sed dices cōtra hos,quia replicę. ſi plures voces ſunt vna ſola vox , igit̄ per conuerſionem in parte vna ſola vox eſſet plures voces.¶ Amplius plures voces non ſunt hæc vna ſola vox,nec illa vna ſola vox. Igitur nulla vna ſola vox,& per cōſequens plures voces Defenſio. non ſunt vna ſola vox.¶ Reſpōdet ſorticulæ & defendūt partē ſuā ꝙ prędicatum illius propoſitionis,plures voces ſunt vna ſola vox,cōfunditur propter vim cupulationis, quę includitur in verbo illo plures . Reſoluit̄ enim plures ſic & illa & illa vt diximus,modo nota copulationis habet vim confundendi,& ita negat cōuerſionē,quia variatur ſuppoſitio. In prima illa particula vox ſupponit cōfuſe. In ſecūda determinate. Et ſi dicatur quomodo cōuertit̄ quęre ipſos,quia eſt extra propoſitū. ¶ Ad ſecūdā dicunt ꝙ plures voces nulla vna ſola vox ſunt , qm̄ nec illa nec hęc,cū quo tn̄ ſtat ꝙ plures voces ſint vna ſola vox,qm̄ in hac iſte terminus vox ſtat confuſe tm̄,in illa determinate aut diſcrete,propter quod hæ non cōtradicūt,plures voces ſunt vna ſola vox,et plures voces nulla vna ſola vox Qualis reſpōſio ſorticolarum. ſunt,cū termini nō eodem modo ſupponāt.¶ Quāq; hęc ſint acute dicta,et nō pn̄t improbari,ſcias nō eſſe peripathetice dicta,nec neceſſaria nec in talibus captiunculis de- Reſponſio peripath. bemus detineri.¶ Multi enim vt logicā ſeruent ad vnguē, amittūt philoſophiā,& mora in his impedit hominē ſcire veritatē. ¶ Peripatetici igitur dicerēt ꝙ oratio eſt vna vox vnitate verbi,& ſic poteſt dici plures voces ſimplices,vna vero compoſita ex illis propter vnitatem verbi. 2.dubō. ¶ Aliqui dubitant ſecundo cur dixit in neutro genere,cuius partium aliquid ſignificāt.ſeparatim,et non dixit cu- Cōfutatio ius pars aliqua ſignificat ſeparata.¶ Hęc dubitatio procedit ex ignorātia gręcorū verborū. In gręca enim lingua pars quæ gręce meros dicit̄ neutri eſt generis,ideo ad nos debet venire,cuius partiū aliqua ſeparata ſignificat,et ita 3.dubitatio pōderatio expoſitoris friuola eſt, vt multæ alię.¶ Tertio dupitat Aſpaſius cōtra illā particulā vt dictio, quoniam alicui cōpetit definitū,cui non cōpetit definitio. Nā hypotetica eſt oratio,et tamē partes eius ſignificant vt oratio- 1. reſpōſio nes. ¶ Reſpondet Porphyrius hic eſſe definitā ſolā oratio- Obiectio: nē ſimplicē,eo quia potior in omnibus reperitur, cui reſpōſioni etiā Aſpaſiū cōſentire ferunt. ¶ Obijcit huic (vt mihi videtur)Boetius,quoniā definitum non debet eſſe in plus q̄ definitio . Igitur cum oratio ſit cōmunis ſimplici Defenſio et cōpoſitę,definitio etiā debet eſſe cōmunis.¶ Sed hęc ratio nō cogit,dicerēt enim ꝙ licet ratio quatenus oratio ſit cōmunis ſimplici & cōpoſitæ, tamen quatenus hic deſcribitur nō cōuenit niſi ſimplici per ſe,quia contracte & nō cōmuniter hic deſcribitur. ¶ Melius igitur cōtradico eis, Alia contradictio. 1. ratio. quia Ariſt. poſtea diuidet orationē in enuntiatiuā & non enuntiatiuā,& enuntiatiuā rurſus diuidet per ſimplicē & cōpoſitā, & nullibi iam ipſam cōpoſitā definit alia defi- 2 nitione,igitur vult eā eſſe hic definitam.¶ Secundo oratio competit vniuoce ſimplici & cōpoſitæ, igitur debet dari vna definitio cōmunis vniuoca, & nullibi dedit illā, igit̄ 2.reſpōſio. eſſet mācus.¶ Alexan.vero & Ammonius reſpondent ꝙ hæc definitio eſt cōmunis omnibus vt ipſum definitū,nā etiā oratio cōpoſita habet partes quę ſignificāt,vt dictio. Obiectio. ¶ Huic opponunt alij vt Philoponus & Syrianus , quia Ariſt.ait vt dictio,& nō vt affirmatio, modo oratio cōpoſita habet partes quæ ſignificant vt affirmatio , & ita Defenſio male adieciſſet,& non vt affirmatio.¶ Alij ſoluunt ꝙ dictū philoſophi debet intelligi ſupplendo ſic, vt dictio neceſſario & non neceſſario vt affirmatio, & ſic competit Reſponſio propria. 4.dubō. omnibus.¶ Ego tamē pace tantorum dixerim ꝙ Ariſt.dixit vt dictio,quoniam licet partes orationis cōpoſitę ſint orationes,tamen non vt orationes, ſed vt dictiones ſignificant ſeparatę,& hoc ſatis.¶ Dubitant quarto,cur adiecit,vt dictio & nō vt affirmatio,ſatis enim fuiſſet dicere 2.reſpōſio vt dictio,nunq; enim dictio eſt affirmatio. ¶ Reſpondent quidam,quia Ariſt. ſolitus eſt nōnunq; dictionem pro affirmatione accipere,ne igitur vſus impediat,ſuppleuit & non vt affirmatio,& ſignanter ait,& non vt affirmatio, quia negatio addit ad affirmationem,propterea ſi non vt Qualis reſpōſio hęc affirmatio,ſatis habetur etiam ꝙ nec vt negatur. ¶ Hæc reſponſio ſic dicta,ſi eſt alicuius expoſitoris græci,taceo, quoniam ipſi verba Ariſt.melius intelligunt,& verecundum eſt pugnare contra græcos de verbis græcis. ¶ Hoc tamen non tacebo,ꝙ vbiq; Ariſt.dum dictionem vocat, græce eam phaſim vocat, affirmationem vero cataphaſim. Sin aliter non memini me legiſſe,non tamen nego cataphaſim componi ex cata & phaſis. Ideo dico ꝙ ſuppleuit Reſponſio propria. non vt affirmatio,ad denotādum partes orationis(vt dixi) poſſe ſignificare vt affirmatio,ſed Ariſto. vult non ſic intelligere, ſed quatenus habent vim dictionis. ¶ Hoc enim ſuppleuit propter orationes compoſitas, cuius partes ſunt affirmationes,ſed non vt affirmationes, ſed vt di- 5.dubitatio ctiones ſignificant. ¶ Vltimo quærit Philoponus,vtrum hæc definitio competat ſolum orationi perfectę? Reſponſio ¶ Reſpondet ꝙ ſoli perfectę hęc competit,quoniam partes nō dicuntur niſi in relatione ad totum,totum autē & perfectum idem , & cum oratio hic definiatur in relatione ad partes,videt̄ rationabiliter hic definiri vt perfecta. Obiectio prima. ¶ Sed cōtra obijcit Boetius primo, quia omne compoſitum habet partes,cum autem tam perfecta q̄ imperfecta habeat partes rationabiliter quælibet erit totum & perfectum. Secunda. ¶ Secundo tunc partes orationis et cuiuſq; compoſiti non eſſent partes niſi in fine compoſitionis, quia tunc ſolum compoſitum dicitur eſſe compoſitum. ¶ Mihi videtur ꝙ Defenſio rationes hæ non militent,quia non dicitur aliquid compoſitum , niſi propter formam & materiam , cum orationi imperfectæ deſit aut forma, aut materia, aliter eſſet perfecta rationabiliter non dicitur compoſitum nec totum . Tunc ad rationes dico,quòd oratio imperfecta non eſt totum,quoniam vel caret verbo ſimpliciter vel verbo principali,& per conſequens caret forma,& ſic nec eſt cōpoſitū nec totū,ſed quædam vocū multitudo. ¶ Ad ſecundū dico ꝙ partes nō ſunt partes niſi poſtq̄ eſt ipſum totum, ante enim dicuntur partes in potentia, niſi igit̄ intellectus actu cōponat ſubiectū,& prędicatū cum verbo non erit actu totū,& ſic nec actu totū, & ſic concedo id ad quod deducit. ¶ Melius igitur cōtra illos pōt obijci, qm̄ ſtatim Melior cōfutatio. orationē hic definitā ſubdiuidit per perfectā et impfectā, quā rem incongrue egiſſet , niſi vtriq; hanc definitionem eſſe cōem voluiſſet. ¶ Collige igitur definitionem,oratio Definitio. vero eſt vox ſignificatiua,cuius partiū aliqua ſignificatiua eſt ſeparata,vt dictio & nō vt affirmatio hoc eſt ſignificatione ſimplici non compoſitiua aut diuiſiua,qm̄ autē Declaratio particularium. aliquid ſignificare vt pars poteſt eſſe dupliciter,aut pars cōpoſita,vt in hypothetica,aut vt ſyllaba,vt in voce cōpoſita,ideo duo facit. Primo declarat ꝙ pars orationis ſignificat non vt pars cōpoſita, videlicet nō vt affirmatio vel negatio. Secundo ꝙ nec vt ſyllaba. De primo inquit ueluti hō ſignificat quidē aliquid,non aūt ſignificat ꝙ eſt aut nō eſt,ſed erit affirmatio aut negatio ſi ſibi quicq; addideris,hoc eſt verbū ſolū . ¶ Et ſic per exēplū patet prima pars,deinde declarat ſecundā,& inquit, vna vero hominis ſyllaba nullatenus, ſignificat,quod probat per exemplū & locū a maiori,& inquit . Non enim in hac dictione ſorex,rex ſignificat,ſed tantū vox eſt ſola,non habēs vim ſignificandi.¶ Cōtra tu dices,qa in cōpoſitis vt in hoc noīe hircocerū ſignificat pars. Rn̄det in cōpoſitis nominibus ſignificat aliqd ipſa pars ſeorſum,ſed (vt diximus)non pro ſe ad intellectū totius,cuius erat pars. ¶ Sic igitur patet ꝙ pars orationis nec ſignificat vt pars compoſita,nec vt ſyllaba igitur ſignificat vt dictio. ¶ Oratio igitur eſt vox ſignificatiua, cuius partium propinquarū

aliqua est significatiua separata per se quidem vt dictione, non autem semper vt affirmatio vel negatio.

¶ *Est autē oratio omnis significatiua quidē: non tamē ut instrumentum: sed quemadmodum dictum est secūdum institutionem.*

Com. 19 ¶ Syllogizabat Platonis eo libro, qui Cratilus inscribitur, orationem esse natura, et nō institutione sic. oratio est instrumentum virtutis interpretatiuę naturaliter nobis existentis. Per ipsam enim significamus animę affectiones ceu per instrumentum, omne autem instrumentum virtutis naturalis est natura, veluti virtutis visiuę oculi, auditiuę aures, & id genus. igitur oratio natura, sed non institutione est. hic erat Platonis syllogismus. ¶ Huic respondet Aristo. & consentit maiori, negat tamen minorem. nam virtutis interpretatiuæ primum instrumentum & propriū est pulmō, guttur, dētes, lingua, & id genus, & quę naturalia sunt. oratio vero est effectus illius virtutis mediātibus illis instrumentis: & ita minor falsa est. inquit. Est autem oratio omnis significatiua quidē, non tamen vt instrumētū, sed (quemadmodum dictum est) secundū institutionē, & ita Platonis minor falsa est. ¶ Quantū vero adverba gręca attinet organon vult Boetius esse positum pro natura, quia (vt dictum est) Plato omnium artium instrumenta secundū naturam ipsarum artium consistere ponebat, & ita erit sensus ꝙ oratio significat, non ut instrumentū hoc est natura, sed (vt dictum est in capitulo de nomine) secundum synthecē hoc est secēm institutionem, siue placitum, siue ſędus, siue pactum. Melius autem Aristoteles organō non pro natura posuit, sed pro instrumento, quia per hoc (vt Ammonius, & Alexan. aiunt) Aristoteles minorē Platonis negare inteudit. ¶ Sed adhuc solutio Aristotelis non videtur tuta, Platonici quidam Hermippus & Numenius obiiciunt, nam idem videtur de effectu. Oratio enim effectus est virtutis naturalis per instrumenta naturalia, & omnis effectus virtutis naturalis per instrumenta naturalia est natura, non institutione. igitur oratio ipsa natura erit. ¶ Secundo, oratio est instrumentum intellectus, qui est virtutis naturalis, nā intellectus oratio significat. Syllogismo qui oratio est ratiocinatur, definitione, quæ rursus oratio est definit. Sed vt supra, omne virtutis naturalis instrumentū est natura, igitur oratio natura erit, non autem institutione. ¶ Ad hęc Ammonius solutionē innuit, ꝙ quemadmodū in tripudio motus ipse a natura est, modificatio illius (vt ita dicā) ab institutiōe & artificio, ita in oratione voces siue soni natura sunt, modificationes vero institutione, & ita quatenus voces siue soni orationes natura sunt, quatenus tales voces institutione formantur.

¶ Tunc ad rationē primā maior falsa est, potest enim aliquis esse effectus virtutis naturalis p instrumenta naturalia, vt tripudium & esse institutione. ¶ Ad secūdū ait Ammonius, ꝙ intellectus nō est natura, quoniā nullius corporis actus est, sed quasi supra naturā, & sic nihil prohibet virtutis supra naturā esse effectū institutione. ¶ Sed hæc respōsio stare nō potest, quia saltē intellectus est virtus naturalis, distinguēdo naturale cōtra artē. Igitur effectus suus debet esse naturalis, vt distinguitur cōtra artē. ¶ Propterea dicēdum, ꝙ artificialiū principiū immediatū est uolūtas. Hęc enim est immediata causa institutionū, & ꝓpterea quāquā concurrant intellectus & naturalia instrumēta virtutis interpretatiuę, quia tamē omnia subiacēt volūtati, ideo institutione sunt & nō natura, & hoc nesciuit explicare Ammonius, licet forte hoc voluerit balbutire.

¶ Alexāder aphrodisius enititur probare orationē esse institutione, quia cuius quęlibet pars est institutione, totum institutione est. Sed orationis partes vt nomē & verbū institutione sunt, igitur tota oratio. ¶ Hęc ratio pace sua pe-

Platōis ratio.

Aristo. expositio.

Expositio verborum.

Dubitationes contra solutionem 1. ratio.

2. ratio.

Solutio Ammonij.

Cōfutatio.

Solutio ꝓpria.

Ratio. Alex.

Cōfutatio.

tere videtur, quia Plato & Socrates in lib. Cratili voluere etiā nomina & uerba naturaliter significare. ¶ Amplius similis questio est de nomine & verbo, quādo ipsa sint effectus virtutis naturalis p instrumēta naturalia. ¶ Ideo melius a signo idē probari potest, quę apud diuersos sunt diuersa institutione esse videntur, id enim quod naturale est semp est vniformæ, sed orationes apud diuersas linguas diuersæ spectātur, quāquā idē significēt, igitur nō natura, sed institutione sunt, & hæc est sua melior ratio. ¶ Sed circa hęc recētiores ambigūt vtrū nomē quod significat aliquid si imponatur de nouo ad significādū aliud, remaneat idem nomē, verbi cā. istud nomē homo significat Socratem & Platonem, vtrum si ponatur ad significandū idē quod equus, remaneat idem nomen. ¶ Secunda dubitatio vtrum oratio quæ de nouo imponitur ad significandum aliud q̄ primo significabat, vt hęc oratio. homo est animal, dato ꝙ significet deum esse, teneat vicē orationis uel dictionis. ¶ Ad primā respondent nōnulli recentiorū ꝙ nomen impositum de nouo aliter ad significādum quā significabat non est idem nomen, hoc probant exemplo, quia sicut ex uariatione formę artificialis resultat alia atq̄ alia res artificialis, ita ex variatione significationum resultabunt alia atque alia nomina. ¶ Sed hęc positio stare nō potest, primo quia ad variationem eius quod deforis & per accidens accedit nihil debet variari sed nomen & verbū significāt ex voluntate, ita ꝙ significatio deforis accedit nomini & uerbo, igitur nomen per illius uariationem nō variabitur. ¶ Amplius si ad variationem significationū uarientur nomina, ad cōuenientiā erunt eadem. Igitur homo & anthropus erunt unū nomen, quod nemo dixit.

¶ Ideo dicendū quòd nullatenus uarietur nomē, licet uariatur significatio cū illa sit accidēs ipsi nomini. Potest tamē dici uariatum extrinsece, quemadmodum colūna fit dextra uel sinistra ipso aāli uariato, nec ualet rō, significatio formalis uariatur, igitur nomen, quia illa est sibi extrinseca, sicut columnę dextreitas. ¶ Ad rationem dico quòd uariata forma artificialis intrinsece uariatur res artificialis, modo non sic est in nominibus. ¶ Ad secundam respondēt ijdem ꝙ oratio de nouo imposita ad significandum nouum complexum uim habet dictionis. ¶ Hoc absolute dictum est falsum, quia uolo quòd homo significat mihi equum, bos, animal, & facio hanc propositionem, homo est bos, patet quòd quælibet dictio & pars significat ut dictio, igitur tota non significat vt dictio. ¶ Amplius hęc oratio de nouo sic significans est oratio, igitur partes eius significant vt dictiones per diffinitionem datam. ¶ Propterea dico quòd oratio potest imponi ad significandū aliquod conplexum de nouo dupliciter. Vno modo ponendo quòd partes significent, ex quarum significatione resultet significatio totius, & hoc modo significat vt oratio, vt argumenta cogunt, alio modo ponendo quòd oratio significet primo illud complexum de nouo nihil de partibus afferendo, hoc est non per hoc quòd significatio eius resultet ex significatione noua partium. Et hoc modo bene dicunt quòd significat vt dictio, quoniam sua significatio non resultat ex significatione partium, quo in casu non erit oratio, licet partes sint nomina, nec propositio, licet significet cōplexū, sed dictio erit tātū, de hac re supra disputatū est.

¶ *Enūtiatiua uero nō omnis: sed illa in qua uerū aut falsum est: nō autem in omnibus est, ueluti deprecatiua, oratio quidē est, secundum neque uera, neque falsa, cæteræ quidem igitur relinquātur: nam adoratoriam aut poesim illarum magis consideratio attinet: enuntiatiua uero præsentis contemplationis est.*

¶ Diuisio enūtiationis, ut Boetius est author, hac rōne fit sumpta

Com. 20

Ratio melior.

Dubitationes recētiorum. Prima.

Secunda.

Solutio ad primam recētiorum.

Cōfutatio.

Solutio ꝓpria.

1. ratio.

Ad secundam

Cōfutatio.

Solutio.

sumpta oratione pro genere, orationum alia impfecta, vt Plato in lycio, alia vero perfecta. Perfectæ vero (si liceat bimembrem facere) alia enūtiatiua. alia non enuntiatiua. quęque diuisio, ideo per alterū mēbrū negatiuum datur, quoniā subdiuidētibus membris genus cōe nomē nō hēt. nō enūtiatiuę vero alia est deꝓcatiua, vt adsit lętitię bachus dator. Alia impatiua, ut accipe, daque fidē. Alia interrogatiua, vt quo te meri pedes, an quo via ducit in vrbē. Alia vocatiua, vt o qui rex hominūque deūque ęternis regis imperijs. Enūtiatiua vero est, ut dies est, dies nō est. Nō enūtiatiuarū vero species expositor reducit ad tres, quoniam illę quinque ordinatę sunt, vt vnus ex intellectu alterius dirigatur, quod quidē tribus fit modis. Primo ad attēdendū mente, & ad hoc oratio deseruit vocatiua. Secundo ad respondendum voce, & ad hoc facit interrogatiua. Tertio ad exequēdū opere, quod etiā trifariā fit, aut ꝑ expressionē desiderij, & ad hoc facit optatiua, vel respectu superioris, & ad hoc facit deprecatiua, aut respectu inferioris, & ad hoc facit imperatiua. Si quis aūt vellet posset reducere etiā has ad bimēbrē, quę res cū nō multū cōferat, sit hoc satis. Aristoteles itaque mirabili breuitate vtens, vt Ammonius inquit, tria facit fere insimul, orationē diuidit, enūtiatiuā definit, intentionē ad speciē astringit. Diuidēs orationē ait, enūtiatiua vero nō omnis. Et sic innuit orationū aliā esse enuntiatiuā, aliā non enūtiatiuam. Deinde innuēs definitionem inquit. Sed illa in qua verū vel falsum est. Est igitur enūtiatio oratio in qua vel verū vel falsum est. Vt vero clarior esset hęc definitio subscribit differētiam, qua differt a cęteris. Quę in definitiōe posita est, & inquit, nō autem in omnibus est verū, uidelicet vel falsum, veluti deprecatiua oratio, & cęteræ id genus, oratio qdē est, sed neque vera, neque falsa. Deinde obiiciens a cōsideratione presenti orationes nō enūtiatiuas astringit intentionē in speciē. Nam hucusque de partibus interpretationis, & de cōmuni ipsa oratione locutus est, & inquit. Cęterę quidē igitē relinquātur, nā ad oratoriā siue rhetoricā, aut ad poesim siue poeticā magis illarū consideratio attinet. Enūtiatiua vero presentis cōtēplationis est, que species est orationis potior, huius vero species sunt affirmatio & negatio. Hęc igitur sunt quę Aristoteles breuibus complexus. Est. ¶ Quātū vero adverba cōtextus attinet verum, & falsum in enūtiatione sunt in intellectu, atque rebus. In rebus quidē vt in causa, quādo ab eo quod res est vel nō est enūtiatio sit aut vera aut falsa. In intellectu vero, quia intellectus subiectū omniū verorū, & ita in intellectu sunt vti in subiecto. In enūtiatiōe vero ipsa sunt vt in signo ceu sanitas in vrina. ¶ Sed supradictis emergūt dubitationes. Prima, videtur ꝙ Aristoteles male definierit enūtiationē per verū uel falsum, quoniā uerū uel falsum, aut sunt dręę, aut propria. Siquidē propria nō erit bona definitio si dręę, tūc cōstituūt species, & ita p suas species definisset. ¶ Secūda cur solū de enūtiatiōe est cōsideratio, logica enim est sciētia cōis, igit de oibus. ¶ Tertia de propositione tractatur in libro priorū, & in libro posteriorū. Igit nō hic de enuntiatione, cum idē sint. ¶ Ad primā respōdet. Ammonius, ꝙ enuntiationē signāter definit p verum vel falsum, quia sunt fines eius, & definitio datur per finē tuultoties. Vel dici potest ꝙ sunt vt propria, quę ponunt loco differentię, quę nobis latet, etiam si sint dręę & cōstituūt species genus definiri per species fieri potest, vt dicit Alexāder, quando vel dręę latēt, aut genus nō sit penitus vniuocum. ¶ Ad secundā respondet Theophrastus philosophus, ꝙ omnis oratio aut instituta ordinataque est ad auscultationē auditionemque, aut res ipsas. Si ad auscultationes atque auditiones, sic pertinet ad rhetorem atque poetam, ut Plato ostendit in phedro, & Socrates phtlebo. Si vero ad res, sic enūtiatio instituta est ad librum posteriorum & ad scētiam, & ita erit propria huic cōsiderationi. ¶ Ad tertiā dici potest ꝙ enuntiatio differt a propositione, quoniā propositio ordinatur ad syllogismum, & quatenus ordinatur ad syllogismū dicitur propositio, quę si ordinatur ad demōstrationem, positio dicitur si ad syllogismum dialecticū, propositio dialectica, si ad syllogismum sophisticū, ꝓpositio sophistica, sed si ad syllogismum simpliciter, vocatur propositio absolute. Enūtiatio vero dicitur quatenus subordinatur intellectui p voces exprimētis de rebus verū falsumue. Et ita differūt, quia enūtiatio est extra mentem tātū in voce aut scripto, propositio extra & intra mentē. Enuntiatio etiā dici potest propositio, & cōclusio, & problema, problema in dialectico syllogismo, conclusio in demōstratione, itemque dici potest quęstio, & id genus, propositio non nisi premissa. Hæc tamē latius explicabūtur in libro priorum & posteriorū. ¶ Quęrunt rursus sortico læ an eiusmodi propositiones tonat, coruscat, lego, & id genus sunt enuntiationes. Secundo an differat dicere, ego lego, ego Augustinus scribo, & dicere, lego, scribo. ¶ Ad primam respondent nonnulli sorticolę, ꝙ illiusmodi propositiones nec sunt orationes, nec enuntiationes, bene tamen sunt cōplexa quædā in uirtute. Mouentur autē argumēto ꝙ illarū una pars ut pote subiectum est in mente, uidelicet ego. Alia uero in uoce utpote predicatum. Enūtiatio autē & omnis oratio est penitus in uoce uel scripto, & ita eiusmodi esse non possunt orationes uel enuntiationes. ¶ Sed isti delirāt penitus. Nam eiusmodi sunt in uoce autem scripto, & in eis est uerum uel falsum, igitur enūtiatiōes. Hęc enim fuit Arist. definitio Nec contra eos aliter arguo, sunt enim hæc de se derisibilia. ¶ Animaduerte igitur ꝙ eiusmodi sunt enuntiationes, quoniā uerba sunt subiectum & predicatum & copula. In ista dictione lego, aut ambulas, est subiectum ui primę uel secundę personę uerbi, quę sua natura illam importat, est prædicatum, quia resolui potest in participium, est & copula propter idē, igitur absolute est enuntiatio. ¶ Ad rationē dico ꝙ subiectum non est in mēte ita ut non sit in uoce, est enim in mente fortasse explicite, in uoce uero implicite uti & predicatum. ¶ Ad secundā respondent nōnulli, ꝙ illiusmodi propositiones differunt, quoniam cum adduntur subiecta illis, quæ sunt pronomina & primę & secūdę personę, denotatur affectio aliqua siue pręcisio quædā, uerbi causa cū dicitur, ego augustinus scribo, denotatur ꝙ aut solus scribo, aut nullus ita bene scribit. ¶ Et tūc iuxta hanc regulam deducunt captiunculas. Prima, ego Augustinus scribo, igitur nullus alius scribit, aut nullus alius ita bene scribit. Tenet captiūcula per regulā. Secunda, non ualet, ego Augustinus curro. igit ego sum. Est enim antecedens verum, vbi ego solus currerem, cōsequens uero falsum, quia denotaret me solum esse. Tertia hęc est absolute falsa, ego sum, tu es, quia tunc nullus alius esset, ideo dixit deus, ego sum qui sum, quoniam alia a deo uel non sunt, uel nō ita bene. Bene tamen concedent has sum, es, & id genus. ¶ Sed isti propter captiunculas sepe truduntur in pueriles fabulas. Hæc enim risu digna satis sunt. Nam dum dico ego sum vel tu es, aut, in his volunt esse intelligenda subiecta, aut nō. Si nō igitur erit aliqua enuntiatio ꝑfecta, & nō cum subiecto. Si vero volūt esse subiecta intelligēda, sed intellectus potest explicare uoce omne quod concipit, & nō aliter potest, quam dicendo ego sum, vel tu es. igitur hæ æquiualent sum, & ego sum, es, & tu es. Secūdo, tunc hæc esset nugatoria, tātum deus est, tātū ego scribo, & id genus. Propterea videtur mihi iliusmodi orationes non differre quātum ad rem, sed solum quo ad vsum rhetoricum atque ornatū, quo enim ad veritatē idem est dicere tu es, & es, ego scribo, & scribo. Ad-

Ratio melior.

Dubitationes recētiorum. Prima.

Secunda.

Solutio ad primam recētiorum.

Cōfutatio.

Solutio ꝓpria.

Cōfutatio.

Respōsio ꝓpria.

dunt tamen rhetores ꝓnomina ipsa primę & secundę ꝑso nę nonnunquam emphaticos, veluti illud Maronis. Mene incępto desistere victã? snb illo ꝓnomine me, intellexit reginam deorum, & sororem, & iouis coniugẽ. Similiter Cicero. Ego omni officio ac potius pietate erga te cæteris satisfacio, sub illo pronomine ego, se illum talẽ qui cũ Lentulo familiarissime vixit, & q tot beneficia ab eo acceperat intellexit. Addunt igitur rhetores eiusmodi ad amplitudinem. licet quo ad propõnum veritatẽ, quã logicus considerat, nulla sit differentia. Et hoc modo intelligendum est illud Prisciani grammaticis. Hec satis.

Est autem una prima oratio enũtiatiua, affirmatiua. Deinceps negatio. Cætere uero omnes coniunctione sunt u na. Necesse est autem omnem orationem enuntiatiuam esse ex uerbo aut casu uerbi: quando & hominis ratio nisi ipsum est: aut fuit, aut erit, aut tale aliquid adijciatur nequaquam oratio enuntiatiua sit. Quamobrem unum qnoddam sit & non multa, animal greßibile, bipes? Neque enim quia propinque dicuntur, una erit. Erit alterius hoc tractare negocij.

Cõ. 21. Conueniunt expositores & greci & latini ꝙ definitam enuntiationẽ nũc diuidat Aristoteles & volũt quòd Aristoteles breuibus duas diuisiones enuntiationes explicet, quarum vna est, quòd enuntiationum quædam est vna simplex, quædam vna coniunctione. Quam expositor eo approbat quòd, etiam in rebus aliquid est vnum simplex, vt indiuisibile, aut continuũ alterum colligatione, aut compositione aut ordine. Secunda vero, vt expositor ait, subdiuisio est enuntiationis vnius in affirmationẽ & negationem. Vnde recentiores volunt diuisiones esse huiusmodi, enuntiationum quędam est cathegorica, quędam hypothetica. Cathegoricarum alia est affirmatiua.

Dubitatio Boetij. alia negatiua. Mouet Boetius dubitationem. vtrum id quod ait, prima ad affirmationem referatur, vt sit posterior negatio. an id quod ait prima ad simplicem retulerit orationem, vt secunda sit quę ex orationibus tun-

Resolutio questionis. gitur. Hęc Boetij questio resoluitur in tres. Prima vtrũ diuisio enuntiationis per vnam & coniuntione vnam sit prior diuisione per affirmationem & negationem. Secunda vtrum affirmatio sit prior negatione. Tertia, vtrum

Responsio ad primam secundum expositionem. simplex sit prior coniuncta. Respondet expositor, equo acceperunt recentiores, quòd prima diuisio enuntiationis est per cathegorica siue vnam simplicem, & hypotheticam siue coniunctione vnam. Huius ratio ab expositore colligitur, quia prima entis diuisio est per vnũ & multa. Igitur prima enuntiationis diuisio esse debet similiter. Alia vero diuisio est potius subdiuisio enuntiationis

Cõfutatio primus error. simplicis. Sed pace horum dixerim, hoc stare non potest, quoniam etiam hipothetica siue coniunctionẽ vna est affirmatiua vel negatiua. Igitur non diuisio secunda siue subdiuisio alterius membri est illa quę fit per affirma-

Secundus error. tionem et negationem. Secundo errant recentiores quando volunt hæc diuisionem esse per cathegoricam & hipotheticam, quoniam tunc sola conditionalis esset coniunctione vna. Ammonius enim & Boetius volunt hipotheticam non esse nisi duobus modis aut conditionalem, aut disiunctiuam, quę etiam species conditionalis est, vt dicemus. Vnde & græce hypothesis conditio est. Igitur hy-

Solutio ꝓpria Primum. pothetica conditionalis est tamen. Ideo dicendũ ad primam ꝙ hę duę diuisiones enuntiationis ęquales conuertibiles cum ipsa sunt. Vt enim ens diuidiẽ per vnũ & multa, & per actum & potentiam, & id genus. Quoniam omne ens aut est vnum, aut multa. Similiter omne ens aut actu, aut potẽtia. Sic oĩs enuntiatio, aut vna simplex aut coniuncta. Et omnis etiam aut affirmatiua aut negatiua. Et ita ęquales sunt diuisiones eiusmodi, & nõ vnã sub diuisionem alterius. Dico secundo ꝙ hæc diuisio per

Secundum vnã & coniunctione vnã, nõ est diuisio per cathegoricã & hypoteticam. Non enim, vt Boetius & Ammonius aiunt, cathegoricum opponitur hypothetico, sed coniunctione vni. Est autem coniunctio non vno modo, sed interdum copulatione, interdum tempore, interdum loco, & id genus. Hæ enim sunt coniunctione vnæ. quando sol exoritur, & dies est, quia coniunguntur coniunctione temporis. Hę similiter. vbi tu disputas, Socrates iacet, & aliæ eiusmodi. Quę tamen non sunt hypotheticę. Recte igitẽ Aristoteles verbo cõmuniori vtens dicit. cęteræ vero oẽs coniunctione sunt vna, et non dixit, ceteras omnes esse hypotheticas. Ad secundam respondet Ammonius, quòd affirmatio solum ex parte vocis est prior negatione, quia est simplicior. Nam negatiua enuntiatio affirmatiuæ addit particulam negatiuã. Expositor autem adiecit duas alias rationes, ꝙ affirmatio est prior ex parte intellectus: quoniam affirmatiua significat compositionẽ intellectus. negatiua significat diuisionẽ. modo compositio est prior diuisionem: cum non sit diuisio nisi compositorum. Secundo ex parte rei, quoniã affirmatio significat esse, negatio non eẽ. modo esse & vniuersaliter habitus naturaliter por est ꝑuatione. Sed hæc additio nõ placet. Prima qdẽ nõ, quoniã a pari diuisio esset prior cõpositione, qm̃ non est cõpositio nisi diuisorũ. Amplius, vt dicit Ammonius, affirmatio & negatio quo ad cõpositionem & vnitatẽ non differunt, quoniam vtraq; est composita ex verbo & nomine, licet illa dicatur diuisio rerum. Secunda vero minime, quoniam priuatio naturaliter precedit habitũ, vt dicitẽ in prędicamentis. Prius enim catulus cęcus est quã vidẽs, & ita satis est responsio. Ammonij, quã Boetius etiã approbat. Ad tertiam respondet Boetius ꝙ enuntiatio simplex est natura talis. At coniuncta non est vna nisi positione & quasi ab extrinseco. Sed quod est naturale ꝑus ẽ eo quod positione est tale. iure simplicẽ priorẽ oportet eẽ coniuncta, quam responsionem Ammonius sentit. Sed hæc responsio videtẽ cõtradicere Aristoteli, quia si enuntiationis simplicis vnitas ẽ a natura, etiã ipsa erit a natura. eadẽ enim ratio est entis, & vnius, ꝓpõnis et vnius, vt dicitur ĩ elenchis. Sed Aristoteles ait contra Platonem nullam orationem esse a natura. Igitur videtẽ hec expositio contra Aristotelem. Propterea dico quòd via inuẽtiua quę cõpositione agitur, simplex enuntiatio prior est. Via vero analitica hoc est resolutoria cõposita est prior simplici. Sed quoniam Aristoteles in isto libro est inuentiuus, iure simplicẽ prępoñit. inquit igitur. Est autẽ vna prima oratio enuntiatiua affirmatio. & respondens ad particulã prima subscribit deinceps negatio. quia ipsa nagatio voce posterior est. Ad particulã illam, vna respondẽs ait, alię vero cõiunctione sunt vna. vt hypothetica, & id genus. Sed adhuc est dubõ Alexãdri. videlicet vtrũ diuisio enũtiationis ꝑ affirmationẽ & negationem sit generis ĩ spẽs

Solutio ad secundam Ammonii. Addiitio expositoris. Cõfutatio additionis. Solutio. 3. prop. Cõfutatio. Responsio propria. Literæ expositio. Dubitatio Alex. secũda Ammo.

Secunda est dubõ ammonij, vtrũ hæc siue enuntiatio si ue ꝓpositio, sol. existẽte sup terrã dies est, sit simplex, aut cõiunctione vna. Respondet Alexander, ꝙ diuisio enuntiationis per affirmationẽ & negationem nõ esset generis in species, qnoniam in genere non est ordo, in enũtiatione est ordo. Rñdet Ammonius & Boetius et expositor ꝙ bñ vna potest eẽ altera prior cõparatione facta iter se, vt in numeris patet. Sed comparatiõe ad tertiũ vtpote ad cõe genus nullus est ordo, qm̃ ęqualr̃ sunt oratiões veri vel falsi participes, q̃ est definitio enuntiationis. & hęc rñsio potest stare. Scias tñ ꝙ Boetius & Ammonijs inter affirmationẽ et negationẽ. nullũ aliũ volunt ordinẽ, nisi prolationis & vocum. Expositor alios affert, quos deiecimus.

Responsio Alexan. 2. Respon.

Ad secundam

respõsio ad secundum. Ad secũdã dici põt ꝙ illa est coniunctione vna: qm̃ ablatiuus absolutus resoluitur ꝑ coniũctionẽ aliquã, vt dicũt

Expositio secunde ꝑtis prima. grãmatici. Hęc de diuisionibus colliguntur. Deinde vt Ammonius & Boetius ĩtroducunt. Aristo. volens disputare de affirmatione & negatione, q̃ sunt species enũtiatiõis, ꝑmittit q̃ddã vtile ad sermonẽ de illis. videlicet ꝙ oĩs enũtiatio cõstat ex ṽbo. videlicet ꝑ̃sentis tẽporis, aut casu ṽbi, qd̃ est ꝑ̃teriti aut futuri. Tacuit ṽbũ infinitũ, vt ait Ammonius, tum q̃a principaliter de affirmatione loquetẽ, tum

Prima dubitatio. vel maxime, quia coordinatur cum negatiuo. habet enim cum eo fere eandem vim. Sed dubitat Ammonius cur preterijt nomen. potest enim immo constat enuntiatio ex nomine & recto, vt sol oritur, & casu eius vt me tedet

Prima responsio. scribere. Respondet primo hoc esse pretermissum, quia potest esse enuntiatio et non ex nomine vel casu nominis, vt scire tuum nihil est, vbi verbum est subiectum. Nul-

Cõfutatio. la tñ enũtiatio esse potest sine verbo aut verbi casu. Hęc responsio non valet, quoniam verba illa in enuntiatione no mina sunt. Propterea Porphyrius philosophus, quem Boetius etiã sequitur, voluit ꝑ̃termisisse ipsum nomen, q̃a verbum est principalior pars, cũ sit pars formalis, quasi totius enuntiationis completiua. Signum autem affert ꝙ tota oratio a predicato quod est verbum nomen nancisci

Signum Expositio propria. tur. dicitur enim cathegorica hoc est predicatiua. Hæc est vna expositio quæ stare potest. Mihi tamen videtur quòd Aristo. respondeat questioni tacitæ. Dixit enim esse enuntiationum alteram simplicem, alteram coniunctione vnam. Ideo quis obijciet. omnis enuntiatio constat ex verbo, verbum autem importat compositionem, quam sine extremis non est intelligere. Igitur omnis enuntiatio dicitur composita. Cui respondet quòd omnis enuntiatio est cõposita ex nomine & verbo. Sed dicitur simplex, q̃a nõ ex pluribus enũtiatiõibus cõstat. Veluti hæc, si sol exortur, dies est, quę pluribus constat orationibus. Et tñc continuetur litera sic, licet enuntiationum sit quedam simplex. Necesse est tamen omnem orationem enuntiatiuam esse ex verbo aut casu verbi. Igitur dicitur simplex simplicitate opposita compositioni ex pluribus enuntiationibus.

Approbatio expositionis. Et hec est expositio rectior. Primo, quia illa particula aduersatiua [autem] poni non solet sic obiter, nisi ad obiectiones tacitas tollendas. Secundo, quia interpositio fuisset nimis casualis & non pertinens. Tacuit autem nomen,

Probatio. quoniã verbũ intelligi non potes absq; extremis. Quod autẽ omnis enuntiatiua oratio ex verbo constare debeat. probat per locũ a maiori sic. quia si qua oratio esset enuntiatiua sine verbo, maxime esset definitio. Modo inquit, quãdo & hoĩs ratio, nisi ipsũ est, aut fuit, aut erit, ant tale aliquid adijciatẽ, nequaquã oratio enũtiatiua sit. Igitẽ oĩs enũtiatiua oratio ex ṽbo cõstare debet Sed quoniã de definitione locutus est, & qd̃ de vnitate eius est alterius negocij. ideo se excusat, interponit tamẽ cõfutationẽ cuiusdã false respõsionis. Dicebãt enĩ q̃dã quòd definitio est vna, q̃a partes ꝓpinquius iacẽt, inq̃t. Quãobrẽ vnũ sit & nõ multa aĩal, gressibile, bipes. Interponit solutionẽ falsam. & inq̃t. neq; enĩ q̃a ꝓpinque dicitur, vna erit. Tũc redit

Notabile. ad excusationẽ. quasi dicẽs, q̃re vnũ sit definitio, erit alterius hoc tractare negocij. Aĩaduersione dignũ, vt declarat Boetius & Ammonius, ad vnitatẽ definitionis esse necessariã partiũ ꝓpinquitatẽ, q̃a vbi partes longo interuallo cõcise ꝓferrentẽ, definitio nõ esset vna. Ne igitẽ credatur hãc esse causam verã, remouit illã, & trãsmisit nos ad

Dubitatio Responsio Theoph. septimã et octauã metaphysice. Et licet de vnitate definitiõis Arist. trãsmiserit nos ad metaphysicã. Dubitãt expositores grecique est cã vnitatis definitionis. Respõdet Theophrastus in libro de affirmatiõe & negatione, quòd definitio est vna ratiõe subiecti, qd̃ definit. Secũdo ꝓpter partiũ ꝓximã cõstitutionẽ. Obijciũt cõtra Theophra-

Cõfutatio aliquorũ. stũ, q̃a tũc definitio nõ eẽt vna ꝑ se, quoniã esset vna ratione subiecti, & ita ratione extrinseca Secũdo, q̃a tũc oĩa accidẽtia essẽt vnũ essentialr̃, q̃a sũt ĩ vno subiecto, vel saltẽ ea q̃ essẽt ĩ vno subiecto. Ammonius affert duas cau-

Respõsio Ammonii. sas. Prima ẽ partiũ vicinitas. Scd̃a ṽo ẽ, q̃a ĩ re est aliq̃d loco materię, aliq̃d loco formę, et cũ intẽ hęc nihil mediet,

Cõcordia rõnabilr̃ faciũt definitionẽ vnã. Sed ambo possunt bñ dicere, q̃a vt Auerroes ait ĩ septimo metaphysice cõ. 41. definitio vno mõ põt sumi vt ĩstrumẽtũ q̃ ĩtellectus ĩducitẽ ad ĩtelligẽdas essentias rerũ, et cũ ĩstrumẽtũ sumat vnitatẽ a fine. Finis aũt ẽ definiti essentia, iure ab vnitate definiti definitio erit, vna. Et sic recte Theophrastus ait. Altero vero mõ sumi põt, vt ẽ ipsa rei essentia, q̃ cũ resultet ex vltima differẽtia siue vltima forma que est vltimus actus. sic bene Ammonius ait. Sed hęc res non est hic tractãda, vt bene

Dubitatio Themistii. Arist. Dubitat ẽt Themistius ꝑmo poste. q̃a videtur ꝙ definitio sit enũtiatio, q̃a est spẽs ꝓpõnis ĩmediatę, vt ait Arist. ibi hic aũt vult nõ esse enũtiationẽ. Hãc q̃õnẽ multi soluere enitunẽ, q̃s in p̃rĩo poste. cõfutamus. nũc ṽo Philoponi expõnẽ asserimus, quòd definitio põt considerari vt præmissa, et sic ẽ ꝓpõ & enũtiatio, vt Aristo. uult ibi. Alio modo ut terminus, & sic loquitur Aristo. hic, q̃a vt sic non est enuntiatiua oratio, sed terminus vt dicit.

Est autem una oratio enuntiatiua: aut ea que unũ significat. Aut ea que cõiunctione est una. Plures uero esse que plura & non unum significant. Aut eæ que sine coniunctione sunt.

Cõ. 22. 1. expositio. Expositores fere oẽs volunt Aristo. diuisionẽ prepositã nũc exponere, quod (vt mihi videtẽ) stare nõ potest. Addit

Cõfutatio. enĩ nõ nnlla mẽbra q̃ nõ prediuisit. Ideo Aristo. diuisionẽ enũtiationis rursus nunc alio mõ orditẽ, q̃ hac forma reducitẽ. Enũtiationũ alia est vna, alia plures. Vna bifariam dicitẽ, hęc quidẽ simpl̃r, illa ṽo scd̃m q̃d vt dicemus. Plures rursus bifariã, eæ q̃dẽ plures, q̃a plura & nõ vnũ significãt. Illæ plures, q̃a sine cõiũctione multe sunt. Huius scd̃e diuisionis ꝑma pars ꝑmę parti ꝑmę diuisionis aduer-

1. dubõ. satẽ. secunda ṽo pars eiusdẽ secũde illiusmodi. Ambigũt

Repõsio. q̃ diuisio sit hęc? Rñdent & sane sapide quòd est diuisio ęquoci ĩ significata, vt si hõ diuideretẽ in verũ, & marmoreũ. Nã sola enũtiatio vna est enũtiatio. Plures vero sunt

2. dubõ. vna ꝓlatione, et metaphorice. Secũdo dubitãt q̃d Arist. velit ꝑ enũtiationẽ vnã simpl̃r, et vnã scd̃m q̃d, q̃d q; ꝑ plures simpl̃r, et plures scd̃m q̃d. Ad hãc Boe. et Ammo.

Responsio comuni. cõcorditẽ rñdẽt, et volũt quòd vnitas et multitudo referũtur ad enũtiatiõis significãtiã. Simplicitas ṽo et cõpositio ad voces. Ex his fiũt sex cõiugationes, quarum duę sunt impossibiles, quatuor possibiles, vt figura declarat.



¶ Et ita vna simplex est quę est vna simpliciter, vt homo est rationale. Est enim vna quo ad significantiam. Simplex vero quo ad voces. vna vero composita est vna secundum quid, vt si sol oritur, dies est. Socrates disputat, & Plato legit, & id genus. Hęc enim dicitur vna secundum quid: quia coniunctione vna. Plures etiam bifariam sunt: plures compositę contra ptimum membrum, vt quę inconiunctæ sunt tales. vt Socrates legit, Plato disputat. Aristoteles mouetur. Sunt enim plures & compositę secundum voces. Plures vero simplices, vt canis latrat. Est quidem plures significatu, vocibus vero simplex. Simili modo hęc, Aiax pugnauit cum hectore: multi enim fuere Aiaces. Hęc opponitur quo ad secumdum membrum. ¶ Sed huic obijcit expositor. Primo, quia per disiunctionem, quam interponit, videtur distinguere inter orationem quę significat vnum, & quę est vna coniunctione. Secundo, quia supra dixit quòd est vnum quoddam, & non multa. animal gressibile bipes, quod vero est coniunctione vnū, non est vnum, non multa, sed est vnum ex multis.

Replice Thome.

¶ Sed istę rationes friuolę sunt. Prima quidem, quia nō disiungit inter vnam, & coniunctione vnam, sed inter vnam simplicem, quam subintellexit in primo membro, & vnam coniunctione. ¶ Ad secundam dico, quòd penes aliud accipitur vnitas enuntiationis, & definitionis hic & ibi. Quoniam hic sumitur vnitas a significatu, multitudo etiam ibi aliter, vt diximus. ¶ Tertio dubitant, omnis homo vel equus currit, est vna simplex, aut vna composita. Similiter Plato atheniensis sapiens achademicus est in lycio, est vna simplex, vel vna composita. Simliter omnis homo si est bos mugit, & Socrates & Plato disputant, sunt ne vnę simplices an vnę compositę? ¶ Quicquid velint Boetius, Porphy. Ammonius, & alij, dico quòd quelibet harum est vna simplex. Nam verbum est vnum a quo sumitur vnitas enuntiandi. Prima quidem vna de subiecto disiuncto. Secunda vna de subiecto composito. Tertia vna de subiecto conditionato. Quarta vero vna de subiecto copulato, ita quęlibet est vna simplex. ¶ Quantum vero ad verba attinet, adiecit [& non vnum] quasi dicat, propositio siue enuntiatio est vna simplex, & plures. plures quę significant plura, & non vnum. Quoniā vt Ammonius inqt, sunt enuntiationes plures de aliquo vniuersali, vt animal gressibile, bipes est homo, Potest enim resolui hęc in plures: sed quia continentur sub animali, sunt vna. Propterea ait, non vnum propter tales enuntiationes. Aut dici potest, vt Porphyrius philosophus ait, hoc esse dictū ad differentiam enuntiationum quę sumunt definitionem pro subiecto aut pro predicato. Nam videntur, multa significare, sed re vera vnum significant.

Defensio. — Tertia dubitatio. — Responsio propria. — Expositio verborum.

¶ *Nomen quidem igitur aut uerbum dictio sit solum. Cum nō contingat ut is qui uoce aliquid significet sic dicat ut enunciet, siue interrogante aliquo, siue non: Sed ipse profert.*

Com. 23.

¶ Videtur quòd Aristoteles inferat vt per particulam illatiuam designat. Videtur vero quòd dubitationem excludat, vt per seriem verborum haberi potest. Est enim dubitatio talis, quia dictum est enuntiationem esse vnam ab vnitate significatus. Sed nomen aut verbum vnum significat. Igitur enuntiatio vna erit nomen vnum aut verbum vnum. ¶ Soluit & vult quòd is qui profert nomen aut verbum vnum, vnum dicit: Et is etiam qui profert enuntiationem vnam, vnum dicit, sed non eodem modo. Nam dicens nomen vel verbum, dicit vnum prolatiue, & non enuntiatiue. At is qui enuntiationem, vnam dicit vnum dicit enuntiatiue, quatenus enuntiat vnum de vno, aut remouet vnum ab vno. Et hoc inquit nomen quidem igitur aut verbum dictio sit solum: cum non contingat vt is qui voce aliquid significat sic dicat vt enuntiet. Sed contingit vt sic dicat vt proferat tantum: adiecit siue interrogante aliquo siue non interrogante aliquo: quoniam qui aliquid nomine aut verbo significat potest dicere vt enuntiet aliquo interrogante, vt siquis petat, quis hodie venenum bibit. Et respondeatur Socrates. Patet quod is, qui dixit Socrates, enuntiauit: & hoc quia processit interrogatio. vbi autem nulla pręfuisset interrogatio, dicens Socrates tantum, non enuntiauit, sed protulit duntaxat. Igitur enuntiatio differt a uerbo siue nomine: quoniam enuntiatio semper significat vnum de vno enuntiatiuę, siue pręcedat, siue non præcedat interrogatio. At nomen vel verbum potest enuntiare vnum de vno solum precedente interrogatione. Propterea ait, cum non contingat vt is qui voce aliquid significat sic dicat vt enuntiet, siue interrogante aliquo, siue nullo. Hoc est vt enuntiet in omni casu. nam non nisi vbi pręcessisset interrogatio, sed ipse ita dicit vt in omni casu proferat vnum & sic differt enūtiatio a verbo & nomine.

¶ *Harum uero hæc quidem est simplex enuntiatio, uelut quæ aliquid de aliquo, aut aliquid ab aliquo enuntiat. Illa uero ex his composita, ueluti ea oratio quædam quæ sane cōponitur.*

Com. 24. Expositio Ammonij. Cōfutatio. Expositio propria.

¶ Ammonius vult vt Aristoteles subdiuidat eas enuntiationes, quas dicimus aut interrogante aliquo, aut quas volumus dicere per nos ipsos. Sed hoc est repetere idem pluries, quod non conuenit Aristoteli. Melius igitur diuisionis prædictæ membra, exponit per exempla. & inquit. Harum vero hæc quidem est simplex enuntiatio. velut per exempla ea quæ aliquid de aliquo, aut aliquid ab aliquo subaudi enuntiat. hoc est vt affirmatio, Socrates est achademicus, aut negatio, vt Socrates non est timidus. ¶ Illa vero est quæ ex his componitur, quod trifaria fit, vt Ammonius ait, videlicet aut ex ambabus affirmationibus, aut ambabus negationibus, vel ex altera affirmatione, altera negatione. Cuius exemplum subdit, & inquit, veluti ea oratio quædam quæ sane componitur supple ex duabus affirmationibus, vt Aiax pugnauit, & Vlysses furit. Ex duabus negationibus, vt Plato non est crudelis, & Socrates non est auarus. Aut ex vna affirmatione, & altera negatione, vt Plato est in lycio, & Socrates non in achademia. Et ita per exempla patet diuisio, & membra diuisionis.

Trifariam est composita.

¶ *Est autem simplex enuntiatio uox, quæ significat aliquid esse de aliquo, aut non esse, modo quo tempora distinguuntur.*

Com. 25. Expositio Alexā. Confirmatio Aspasij.

¶ Alexander aphrodisius exponit Aristotelem nunc definire simplicem enuntiationem, quam ait definisse per species. Argumento quòd enuntiatio non genus est illarum, sed veluti æquiuocum quoddam. ¶ Hæc Aspasius ratione hac confirmat, quia eo modo hic Aristoteles enuntiationem definit, quo primo priorum descripsit propositionem, sed illic sic propositionem descripsit. propositio est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo, aut alicuius ab aliquo. Igitur & similiter enuntiationem describere debet. ¶ Obijcit autem Ammonius (vt sumit expositor) quia statim Aristoteles definiens affirmationem & negationem ponit enuntiationem, tiationem, & non vt differentiam, igitur vt genus. Et ita non ęquiuocum, sed genus erit illarum, & per consequens non definiendum per species. ¶ Porphyrius philosophus cum Alexandro volens Aristotelem definire enuntiationem simplicem, ait non per species definisse, sed per virtutes affirmationis & negationis, esse enim et non esse nō sunt species enuntiationis, sed virtutes affirmationis & negationis.

Argumētū Ammonij contra Alex. — Expositio porph.

¶ Sed obijcit expositor, quoniam sicut in definitione generis non debent poni species, ita neque ea que sunt propria specierum modo significare esse, proprium est affirmationi. Significare non esse negationi. Igitur non debent poni in definitione generis. ¶ Boetius autem quasi hæc miscens vult Aristotelem simul diuidere enuntiationem simplicem, & definire, vt intelligenti patet, & longis verbis exponit. ¶ Sed hoc expositor refellit, quia si enuntiatio simul definiretur & diuideretur, cum non videatur definiri nisi aut per species, aut per virtutes specierum, necessario eum dicere oportebit vel vt Alexander, vel vt Porphyrius. Cum Ammonio vero expositor sentit, & nos quoque sentimus, videlicet quod Aristoteles enūtiationem simplicem in duas differentias diuidit, vt inde definitiones specierum nanciscatur, & inquit. Est autem simplex enuntiatio, supple omnis aut quæ significat aliquid esse de aliquo, quod ad affirmationem attinet, aut quæ significat aliquid non esse de aliquo, quod ad negationem, & ne intelligatur solum de præsenti tempore, subscribit modo quo tempora distinguuntur, quasi dicat, etiā in alijs verbi temporibus. ¶ Hęc vero diuisio, vt expositor sentit, non est enuntiationis in species, sed in differentias specificas, non enim ait quod enuntiatio est affirmatio vel negatio, sed vox significatiua eius quod est esse, quæ est differentia affirmationis specifica, vel eius quod est nō esse, quo tangitur differentia specifica negationis. Propter hæc ex his differentijs subscribet specierum descriptiones. ¶ Hæc est optima expositio. Verum illa Alexandri non est derisibilis. ¶ Propterea primo debes scire Alexandrum voluisse enuntiationem non esse simpliciter æquiuocum sed analogum, quasi analogia genus dicitur analogum speciebus, septimo physicæ auscultationis. Hæc enim analogia perfecti ad imperfectum rationi generis non repugnat. ¶ Vlterius animaduertendum enuntiationem posse bifariam definiri, a priori, & sic in pręcedentibus definit Aristoteles nullas in eius definitione addendo species. Aut a posteriori, & hoc dupliciter, vel per ea quæ intellectui competunt, & ita per species acceptas a vero & falso superius descripsit, aut per ea quę rebus conueniunt, & ita describit hic, cum dicit, enuntiatio simplex vox est quę significat aliquid de aliquo esse vel non esse. Vox enim loco generis accipitur. Significans esse vel non esse loco differentię a posteriori accepta. Et hæc est mens Alexandri, que multum consonat literæ.

Argumētū expositionis contra porph. — Expositio Boe. — Argumētū expositoris contra Boe. — Qualis diuisio hæc. — Defensio Alex. et aliorum. 1. supposit. — 2. supposi.

¶ Tunc ad argumentum contra Alexandrum patet solutio. Non enim negat enuntiationem esse genus, sed ait esse analogum etiam. ¶ Per hæc patet responsio ad illud contra Porphyrium. Possunt enim poni in definitione generis propria specierum, non quidem in definitione propter quid, sed in definitione quia, & a posteriori. ¶ Similiter ad illud contra Boetium, simul enim definit, ut notat illud genus uox, & diuidit ut notat differentia accepta a uirtutibus hoc est proprijs specierum.

Ad argumēta contra expositoris ad illud cōtra Alex. — Defensio Porphy. — Defensio boe. — De hypotheticis. 1. positio.

¶ Credunt sorticolę Aristotelem per simplicem intelligere cathegoricam, & per compositam hypotheticam. Propterea quęrunt utrum omnis enuntiatio sit cathegorica aut hypothetica? ¶ Circa hanc questionem quidam uolunt enuntiationem hypotheticam esse eam, quę ex pluribus cathegoricis constans, coniunctione una est, & quoniam plures cathegoricæ possunt coniungi pluribus modis. Quędam enim per notam causæ, vt quia Socrates bibit venenum, fuit fortis. Aliæ per notam temporis, vt quando veneris in bellum, dabo tibi premium. Alię per notam luci, vt vbi Socrates moritur, sepelitur. Et possunt etiam coniungi plures cathegoricæ innumeris fere modis. Ideo hypotheticæ secūdū istos sunt fere innumerę. Quare omnis enuntiatio quę ex pluribus constat enuntiationibus est hypothetica. Et sic inductio, exemplum, & enthimema, atque sylogismus, & cętera id genus: cum sint enuntiationes coniunctæ per notam illationis, omnes sunt hypotheticę. ¶ Alij ponunt hypoteticarum sex species, siue modos, vt conditionalem, copulatiuam, disiunctiuam, causalem, temporalem, demum & localem. ¶ Sorticolę communiter aiunt tres esse species vt conditionalem, disiunctiuam, & copulatiuam. Nam ceteras ad has reduci contendūt. ¶ Theophrastus vero & Eudemus volunt hipotheticam omnem esse conditionalem, & nullam aliam nisi conditionalem. Huic Boetius assentit in primo Topicorum suorum. vbi ait conditionales propositiones esse, quas gręci hypotheticas vocant. Amplius in libro de sylogismis hipotheticis ait conditionalem enuntiationem sortiri speciem & nomen ab hipothesi græce latine conditio, siue suppositio. Rursus Aristoteles in libro priorum vult ex hipotheticis enuntiationibus constitui syllogismos hypotheticos. Constat autem per ipsum non nisi ex conditionalibus. ¶ Conditionaliū vero grę̨ci duas tradunt species. altera est, quā continuam vocant, vt si sol exoritur, dies est super nos. Altera est, quam discontinuam nuncupant, vt vel tu es, vel tu non es. Quę conditionalis discontinua appellatur: quia posita conditione quod non sis, sequitur te non esse: cū itaque nihil ponat inesse, conditionalis erit: cum inter partes disiunctio signetur, discontinua appellatur. Hec est mens omnium grecorum, & Boeti vbique. Qua ratione fit vt hypothetica sit species enuntiationis coniunctę. Nec cathegorica diuiditur cōntra hypotheticam, sed potius cōtra coniunctam. ¶ Consequenter videndum de speciebus conditionalis continue. Et dicendum vt ammonius & Boetius sentiunt, species posse enumerari aut penes qualitatē in cathegoricarum e quibus constat, aut penes formam, quæ habetur ex vi notę conditiones. ¶ Si penes qualitatem partium, tunc sunt quatuor species. Prima, ex cathehoricis ambabus affirmatiuis, veluti si sol lucet, dies est. Secunda ex ambabus negatiuis: vt si non est animal, non est homo. Tertia, ex prima affirmatiua & secūda negatiua, vt si dies est, nox nō est. Quarta, ex prima negatiua & secunda affirmatiua, vt si dies nō est, nox est. ¶ At si species colligantur ex nota conditionis. Quoniā hęc nota, si, potest trifariā sumi. aut pure conditionaliter: vt si haberem homerū, studerem. Aut permissiue, vt si ad me veneris, mille basia dabo. Aut illatiue, vt si dies est, sol lucet: harū triū tertia est in vsu gręcorum, & proprie conditionalis continua.

2. positio. — 3. positio. — 4. positio, & ppria. — Species cōditionalis prime. — Ad formā questionis. — De speciebus continuo. — quatuor species penes qualitatē partiū. — Tres species penes vim conditionis.

¶ Consequenter quęramus penes quid attenditur affirmatio vel negatio conditionalis continuę. ¶ Respondent recentiores quod nota conditionis est tanquam forma conditionalis. & quoniam e forma qualitas proficiscitur sicut e materia ipsa quantitas, iure ea dicitur negatiua, cuius cōditionis nota negatur. Contra vero affirmatiua, cuius conditionis nota affirmatur. Qua ratione fit, vt quęlibet harum sit negatiua, non si dies est, sol lucet. Itemque non dies est, si sol lucet. Rursus, dies est, non si sol lucet. In his enim omnibus semper conditionis nota negatur. ¶ Boetius vero in libro de hypotheticis affirmationem vel negationem nanciscitur ex qualitate con-

De affirmatione & negatione. Positio recētiorum. — Positio Boet.

sequentis. Vult enim conditionalem esse negatiuam etiã si solum consequens negatur. Hęc enim est negatiua, si est.a.non est.b. Hęc affirmatiua, si nõ est.a.est.b. Hęc positio persuaderi potest, quoniam vis tota hypothetice est in illatione consequentis. Hipothetica enim nihil ponit inesse, sed solum asserit illationem. Igitur negatio debet esse supra consequens, vbi vis illationis habetur.

Dubitatio cõtra Boe. ¶ Sed dices quales erunt hę. non si dies est, sol est ortus. & sol est ortus nõ si dies est. ¶ Videtur mihi quòd etiam eiusmodi sunt negatiuę, quoniã ĩ omnibus ijs uis negationis exercetur supra consequens ipso. Et pro tanto sunt negatiuę pro quanto consequens negatur. Non per hoc, quia conditionis nota negatur, sed quia consequens negatur sequi ex antecedente. Quare apud Boetium potest conditionalis esse negatiua tristariam, aut per conditionis negationem, aut per negationis prepositionem, aut per negationem consequentis. ¶ Et de quantitate agamus. Sorticolę tenent conditionalem continuam nullius esse quantitatis, quoniam quantitas est conditio subiecti. Modo illa non ex subiecto, & predicato, quare erit omnibus non quanta. ¶ Probabiliter teneri potest omnem conditionalem continuam esse quantam. Et hoc a quantitate consequentis. Vocat enim Aristoteles syllogismorum hos vniuersales, hos particulares. Et hoc a quantitate conclusionis. Igitur cum conditionalis continua sit vti enthimema potest dici quanta ab eius consequentis quantitate. Et ita hęc vniuersalis, cuius consequens est vniuersale, illa particularis simili ratione. Hęc quidem erit vniuersalis. si omnis homo currit, omnis homo mouetur, Hęc particularis si omnis homo currit, quoddam animal currit. ¶ Et de veritate & falsitate tragamus. Auerroes septimo physicę auscultationis. cõmẽto secundo. vult aliquã conditionalem esse verã, cuius antecedens & consequens sunt impossibilia. aliquam esse falsam, cuius antecedens & consequens sunt necessaria. Et ita tenet conditionalem diuidi per verum & falsum.

De quantitate. Sorticolarum positio propria positio.

De veritate & falsitate. põ auer.

Rationes prima ratio. ¶ Pro hac positione arguunt recentiores, contradictoria diuidunt omnem enũtiationem secundum verum & falsum. vt dicit Aristoteles primo priorum. Sed conditionalis continua habet contradictorium, quia potest negari & affirmari. Igitur est vera vel falsa. ¶ Secundo cuiuslibet contradictorij altera pars est vera & altera falsa. Hęc sunt contradictoria, si dies est, sol lucet. Et non si dies est, sol lucet. Igitur altera vera, & altera falsa. quicquid dicatur, sequitur conditionalem esse veram vel falsam.

2

Cõfutatio ¶ Sed hęc positio stare non potest, quia, vt dicit in prędicamentis, ab eo quod res est vel non est, oratio dicitur, vera aut falsa. Sed hypothetica nihil ponit in esse, aut in non esse. Igitur non potest dici vera vel falsa.

propria positio. ¶ Propter hęc videtur mihi saluo meliori iudicio, ꝙ nulla hypothetica debet dici vera uel falsa. Sed bene necessaria uel contingens, quam quidam uocant bonam aut malam. Rectius necessariam. aut cuntingentem, siue impossibilem. Et hęc est intentio Boetij vbiq;

Quale cõtradictionẽ in hipotheticis. ¶ Tunc ad rationes dico. Ad primum ꝙ cõtradictorium in hypotheticis non eadem ratione accipitur veluti in simplicibus, nam in simplicibus destruit veritatem vel falsitatem, hoc est id quod est in re, uel quod nõ est in re. In hypotheticis vero destruit necessitatem uel impossibilitatem illationis. Et ita contradicere est fere ęquiuoce. Tunc ad formam dico ꝙ contradictoria diuidunt uerum & falsum in cathegoricis, in hypotheticis necessariũ aut impossibile. Et hoc satis. ¶ Similiter ad secundũ contradictoriorum enim de necessitate alterum est uerum, alterum falsum in cathegoricis. In hypotheticis uero alterum necessarium, alterum impossibile, uel contingens, hoc est non necessarium. ¶ Et de conditionali discontinua agamus, queq; disiunctiua dicitur. Et primo dicamus ꝙ quęlibet pars disiunctiuę potest esse consequens, vt dicendo, tu es, vel tu non es. Quamquam Boetius vtatur vbiq; duabus disiunctionis notis, vt vel tu es, vel tu non es. Et hoc vt notetur nihil poni inesse, nec in prima nec in secunda. Dico igitur quòd quælibet potest esse consequens. Nam vel mouetur vel quiescit, potest habere consequens alteram indifferenter, quia si non mouetur, quiescit, & si non quiescit, mouetur. ¶ Tunc dicendum quòd disiunctiua solum est negatiua vel affirmatiua per negationem prępositam. Causa est, quia quicquid teneatur pro consequente, intelligitur negatum, quod non est ita in ipsa conditionali continua. ¶ Secundo dico quòd aliqua est vniuersalis, & aliqua particularis. Sed non a quantitate alterius enuntiationis, sed quotiens ambæ sunt eiusdem quantitatis. Causa est, quia quęlibet potest esse consequens, vt igitur seruetur quantitas consequentis, oportet ambas esse eiusdem rationis. ¶ Sed dices vel omne a, est, vel quoddam b, est, quanta est ista. Dici potest quòd hæc est alicuius quantitatis in se, quoniam illius, cuius quantitatis est ea cathegorica, quę sumetur pro consequente. Actu vero est disiunctiuę vniuersalis, & disiunctiuæ particularis. Nec est contradicunt. Potest enim vnamet disiunctiua esse vniuersalis & particularis hac ratione videlicet disiũctiuę vniuersalis, et disiũctiuę particularis. ¶ De veritate vero & falsitate ita sentiendum veluti de conditionali continua. Cum enim disiunctiua sit conditionalis, & conditionalis nihil ponat in esse, in re nulla erit vera, & nulla falsa. Sed quęlibet disiunctiua erit aut necessaria aut impossibilis, siue impossibilis siue contingens. ¶ Et de ęquipollentijs negatiuarum dicamus. Et quã quàm recentiores multa dicant, mihi videtur ꝙ negatio prępositа toti conditionali aut notæ conditionis, aut consequenti, facit æquipollere copulatiuę constitutę ex antecedente conditionalis & opposito consequentis, verbi causa, si homo est, animal est. Si quis prępponens negationem dixerit, non si homo est, animal. Hanc vult significare homo est, & non est animal. Similiter hęc, non si dies est, sol lucet, ęquipollet huic, & dies est, et sol non lucet, huius causa est, quia conditio non ponit inesse, copulatio vero ponit, quare cum particula negatiua neget conditionem ponet copulationem, & cum neget consequens, vbi est vis omnis, ponet etiam oppositum consequentis. ¶ Simili ratione non uel mouetur uel quiescit, ęquipollet copulatiuę constitutę ex oppositis ambarum cathegoricarum uidelicet, & non mouetur, & non quiescit. Causa uero quare negatio prępositę disiunctiuę facit ęquipollere uel ponit copulationem, est quia copulatio ponit inesse. Verum ponit contradictorium ambarum partium, quia in discontinua quęlibet pars potest esse consequens, ideo cuiuslibet partis oppositum debet ponere. In continua uero est consequens determinatum, ideo ponit solum oppositum consequentis. ¶ Hęc de hypotheticis ad mentem grecorum expositorum uolui dixisse. Nam ab Aristotele pauca habemus. Sorticulę uero, cum studiorum suorum finis sit ostentatio, non esse, multa dicunt in confusione ueritatis, quæ prętereunda sunt, cum in illis non sit fœlicitas, neq; ad fœlicitatem pręparent. De enuntiationibus uero coniunctis, quoniam regulę sunt innumerę, non est nunc pręsens pertractatio, verum si ocium dabitur, ad importunitates sorticularum atq; captiunculatorum interdum occurremus, & quid peripathetice sit sentiendum circa eorum captiunculas & cauillos exponemus. ¶ Nunc uero de his sit dictũ in tm.

De discontinua.

De affirmatione.

De quantitate.

Dubitatio

De veritate

De equipollentijs.

De continua.

De discontinua.

¶ De

De affirmatione & negatione.

AFFIRMATIO *uero est enuntiatio alicuius de aliquo. Negatio autem est enuntiatio alicuius ab aliquo.*

NVNC DATIS differentijs, quibus enuntiatio descendit in affirmationem & negationem, videlicet esse & non esse describit illas, & inquit, affirmatio vero est enuntiatio alicuius prædicati de subiecto aliquo. Negatio vero est enuntiatio alicuius ab aliquo. Tangitur enim enuntiatio loco generis. Cætera differentiæ loco. ¶ Sorticulæ vero dicunt, enuntiatio affirmatiua est in qua verbum principale affirmatur. Negatio autem in qua verbum principale negatur. Sed definitio Arist. est melior, quia est data ex ijs quę sunt per se. Nam ab eo quia prædicatũ subiecto inest, affirmatiua proficiscitur enuntiatio. Ab eo autem quia re mouetur, negatiua emergit. Et sic definitio Aris. est accepta a causa. Definitio sorticularũ accepta est a signo. Est enim affirmatio & negatio in verbo veluti ĩ signo. Ideo illa est quasi accepta ab accidente. ¶ Sed dubitatur, quoniam in ista aliquid remouetur ab aliquo, videlicet: Socrates differt a Platone, & tamen est affirmatiua. In ista vero. Socrates negatur de equo est negatiua, & tamen est enuntiatio alicuius de aliquo. Similiter quoq; & hę, positio negatur, propositiones interimuntur, & id genus. Dicendum ꝙ definitiones sic intelliguntur, affirmatio est enũtiatio alicuius prædicati de aliquo subiecto. Negatio est enuntiatio alicuius prædicati ab aliquo subiecto. Tunc dico ꝙ hęc est affirmatio Socrates differt a Platone, quoniam resolutur in hanc. Socrates est differens a Platone, vbi prædicatum est totum hoc differens a Platone, & non Plato. Tale autẽ prædicatum inest subiecto. Fortasse illa, Socrates negatur de equo, est negatiua, quia est sensus, equus non est Socrates Fortasse est affirmatiua, & est sensus, Socrates est negatus de equo. Hęc de affirmatione & negatione.

¶ *Cum uero sit enuntiare & quod est non esse, & quod non est esse, et quod est esse, et quod non est non esse. Et circa ea tempora quæ sunt extra præsens similiter, continget omne quod et quis affirmauerit, negare. Atq; quod negauerit, affirmare. Quare patet cuilibet affirmationi negationem, et cuilibet negationi affirmationem esse oppositam.*

Com.16. ¶ Tractaturus Aristo. de oppositionibus enuntiationum prąponit talem conclusionem, omnis affirmatio negationi opponitur, & omnis negatio affirmationi. Et syllogismus componitur sic, omnis affirmatio possibilis negari negationi opponitur. Et omnis negatio possibilis, affirmari opponitur affirmationi. Sed omnis negatio potest affirmari, & omnis affirmatio negari. Igitur omnis affirmatio negationi opponitur, & econtra. Maiorem prętermisit. Minorem vero probat exemplo. ¶ Ad cuius euidentiam animaduersionem dignum, ꝙ materiæ enuntiationum omnes ad duas reducuntur, ad habitudinem subiecti ad prędicatam affirmatiuam, quę sit fuerit in actu, dicitur esse vt in terminis animal homo. Homo enim ĩ anima ad animal habitudinem dicit affirmatiuam. Propterea appellatur in esse, e quo proficiscuntur enuntiationes affirmatiuæ de in esse. Si vero fuerit habitudo in potentia, erit contingens esse affirmatiuum, e qua exoriuntur enuntiationes de contingenti in esse, cuius termini erunt iustum homo. Aut materia enũtiationum reducetur ad habitudinem subiecti ad prędicatum negatiuam, quod est aut in actu, vt in his terminis equus homo, ex hoc emergunt enuntiationes de in esse negato. Aut in potentia, vt in his terminis grammaticum animal, ex hoc nascuntur enuntiationes de contingenti non inesse. Qua ratione fit ꝙ ex parte rerum duæ sint omnium enuntiationum materię. Ex parte vero nostri modi enuntiandi, vt Ammonius innuit, sunt duę formæ. Nam noster enuntiandi modus esse potest aut affirmando, aut negando. Quare sunt quatuor, duę quidẽ materię ex parte rerum. Duę vero formę ex parte nostra. Ex parte rerum nuncupantur esse, & non esse. Ex parte nostra appellantur affirmatio et negatio. Sed quoniam cum sunt quatuor termini possunt sed modis coniugari, dicemus sex fieri coniugationes, quarum quatuor sunt impossibiles, due tantũ possibiles. Prima erit ex habitudine affirmatiua quod vocatur esse, & nostro modo affirmandi, quod dicimus affirmationem, & hęc est vtilis, vt si hominem esse animal enuntiemus. Alia ex habitudine negatiua, & nostro modo negandi, vt si enuntiemus hominem non esse animal cum tamen homo sit animal, & hęc est inutilis. Tertia erit ex habitudine negatiua, & nostro modo negandi, vt si equũ hominem non esse enũtiemus, hęcq; etiã vtilis erit. Quarta ex habitudine negatiua, & nostro modo affirmandi, vt si equum hominem dicimus, & hæc inutilis est. Est quinta ex affirmatione & negatione, quę sunt ex parte nostra, quod non potest fieri. Sexta ex esse & non esse ex parte rerum, quod minime est possibile. Erunt igitur coniugationes sex quarum duę sunt possibiles, cæteræ inutiles.

Quot materiæ enuntiationum.

Formę enuntiationum duæ.



¶ Exijs exemplariter potest patere minor. Nam si esse contingit negari. Et non esse cõtingit affirmari, omnis affirmatio erit possibilis negari, & omnis negatio possibilis affirmari, quę fuit minor, inquit. Cum vero sit enuntiare, & quod est in ræ, non esse, vt in negatione falsa. Vt dicendo homo non est animal. Et quod non est in re, esse, vt in affirmatione falsa, vt dicendo ethiops est albus. Et quod est, esse vt in affirmatione vera & quod non est, nõ esse, vt in negatione vera, & non tãtum de enuntiationibus per prę sens tempus, sed etiam & circa ea tẽpora quæ sunt extra prę sens. Similiter dat minorem, & inquit, contingit & oẽ quod quis affirmauerit negare. Nã si affirmare esse, illud negare possumus. Si affirmat non esse, etiã illud negare possumus. Cõtra etiã & quod negauerit affirmare, ꝙ ter eãdẽ rõnẽ. Sic quasi per exẽpla patet minor. Tunc infert cõclusionẽ, & inquit, quare patet cuilibet affirmationi negationẽ, et cuilibet negationi affirmationem esse oppositam. Quę fuit ccõlusio syllogismi prępositi. ¶ Animauertẽdũ vim rationis esse, omne quod affirmatur contingit negari, & econtra, omne quod negatur contingit affirmari. Igitur affirmatio & negatio sunt oppositę, antecedens deducebatur. Nam quod est quod affirmatur contingit nega-

Vis rationis.

verũ & falsũ. Licet.n.nõnũquã sint sil falsę, tñ iterdũ sunt sil verę. vbi aũt adderentur signa vltatis vtriscę vltibus, semp affirmatiua esset falsa in oi materia, qd est contra naturam contrariarum. Propterea inquit. in eo vero qd est prędicatum vniuersale id quod est vniuersaliter prędicare, non est verum, subaudi subiecto existente vniuersali vniuersaliter tento, vt fit in contrarijs ipsis. Nulla enim affirmatio est vera, in qua de vniuersaliter prædicato quod ponitur a parte subiecti, vniuersale vniuersaliter determinatum predicetur, vt omnis homo omne animal est. ¶ Ex his non colligitur, signum vniuersale non posse addi ad predicatum, vt multi sumunt, sed quòd in enuntiationibus contrarijs, in quibus vniuersale vniuersaliter subijcitur, non debet vniuersale vniuersaliter prędicare, vt in exemplo Aristotelis colligitur, quę res docet expositorem non recte sentire, qui sunt vniuersaliter ex his Aristotelis verbis notam vniuersalitatis non esse addendam predicato. ¶ Speciatim enim Aristoteles loquitur, vt in ipsis contrarijs enuntiationibus, in quibus vniuersalia subiecta vniuersaliter subijciuntur. ¶ Vtrum vero vniuersalitatis nota possit addi predicato, questio est impertinens nostro proposito. Et de ea disputaui primo priorum. textu illo. dico autem vniuersalem. in fine illius digressionis. pro nunc autem responderi potest primo, quòd conuenientius subiecto additur, quoniam per signum notatur quantitas acceptionis subiecti pro suis suppositis, igitur sibi esset dignus addi. ¶ Secundo, vt ait Aristoteles primo priorum cap. 24. (quo modo autem idonei erimus) quia inutile erit ad sylogismorum modos vel figuram. ¶ Dico secundo, quòd interdum addi potest, interdum vero non. Additur quidem quoties predicatum sua natura remouetur e subiecto, tunc enim subiecto potest addi signum vniuersale affirmatiuum. predicato signum vniuersale negatiuum, vt omnis homo nullus equus est. Quotiens vero prędicatum natura sua subiecto cõpetit sibi vniuersale signum affirmatiuum addi non potest. si idem signum addatur subiecto. quia hęc est falsa. omnis homo omne animal est. Similiter & hęc. omnis homo est omnis homo, vbi tamen vniuersale signum negatiuum subiectis adderetur, ambę essent verę. videlicet nullus homo omne animal est, nullus homo omnis homo est, & cęterę id genus. Similiter quoties predicatum non habet nisi vnum suppositum, addi potest signum vniuersale affirmatiuum prædicato. vt sol est omnis sol. ¶ Possunt autem hęc reduci ad normam, nam vel predicta habent plura supposita actu, vel vnum tamen. Si vnum tamen, sit hęc regula affirmatio vera erit, vbi vniuersale vniuersaliter predicatur de subiecto. nam hęc est vera. omnis sol est omnis sol, siue iste sol est omnis sol. Si vero prædicatum habet actu plura. ¶ Sit hęc prima regula: negatio est vera, vbi vniuersale vniuersaliter prędicatur de subiecto vniuersali vniuersaliter. vt nullus homo est omnis homo, & nullus homo est omnis equus, nullus homo est omne animal, & id genus. ¶ Secunda regula affirmatio est vera, in qua vniuersale vniuersaliter negatum prędicatur de subiecto vniuersali. vt equus est nullus homo. & hęc similiter. omne lignũ est nullus homo. ¶ Tertia regula, omnis affirmatio est falsa, vbi prædicatum vniuersale vniuersaliter prædicatur de subiecto vni. vt omnis homo omne animal est, homo omne animal est, & id genus. Multa alia dici solet, quę omnitto. ¶ Potest tamen dici aliquod esse verũ per accidẽs, quod est falsum per se. Et ita dicerẽ signũ vniuersale per se esse addendum ad subiectum, per accidens autem gratia materię, nonnunq̃ nihil prohibet addi ad prędicatum, vt in casibus predictis.

Vtrum vniuersale signum pōt addi predicato.

¶ *Opponi quidem igitur affirmationẽ negationi dico contradictorie, eam que uniuersaliter significat et, quæ non uniuersaliter, ut omnis homo albus est non omnis homo albus est, nullus homo albus est, est quidam homo albus.*

¶ Ex ijs vt videatur quo modo differunt contradictorię et cõtrarię enũtiatiões. describit rursus vtrasq̃, et potest describi ptio cõtradictoriarũ sic colligi. enũtiatiões contradictorię sũt affirmatio & negatio vl's et nõ vniuersalis eiusdẽ p̃dicati de eodẽ subiecto vl'r, hęc fuit declarata, & p exẽpla declarat, & sermo patet. ¶ Sed ambiges qm ȳbũ finitũ et verbũ infinitũ cõtradictorię opponunt, quarũ in litera nihil meminit. Respondet Ammonius Aristo. descripsisse enuntiationes contradictorias & non simplices voces. Propterea ait literę esse supplendum hoc modo. opponi affirmationem negationi enuntiatiuæ contradictorie dico, & reliqua, nam per hæc tollitur dubitatio. ¶ Animaduersione dignum in contradictione enuntiationum reperiri omne genus oppositionis, vt eam quæ est penes quantitatem, cum vna sit vniuersalis, alia particularis, & eã quę ẽ penes qualitatem. quoniã vna affirmatiua, altera negatiua, qua ratione fit, vt hæc maxima habeatur. Com.33.

¶ *Contrariæ uero uniuersalẽ affirmationem & uniuersalẽ negationem, ut omnis homo iustus est, nullus homo iustus est.*

¶ Nunc describit contrarias, & vult quod contrarię sunt affirmatio & negatio vniuersalis eiusdẽ predicati de eodem subiecto vniuersali, vt p exempla eius patet. Est aũt hęc oppositio minor cõtradictione, qm secdm solã q̃litatẽ habet. est vero maior subcõtrarietate, qm̃ enuntiationes cõtrarię maxime distant, cũ in vna predicatũ de quolibet subiecto affirmetur, in altera de quolibet neget, in subcontrarietate, distantia est per partes. Exemplum. Com.34.



¶ Si igitur habes quatuor oppositiõs. Maxima q̃dẽ omnium est contradictio cum quantitate et qualitate sit. ¶ In secundo gradu est contrarietas cum sit oppositio secundũ q̃litatẽ secdm se torã. ¶ In tertio gradu est subcõtrarietas, nã est oppositio penes qualitatem, sed est secdm ptes. ¶ Vltima & minima est subalternatio, q̃niã est oppositio penes certe quãtitatẽ, est oppositio penes quãtitatẽ minor, q̃ illa penes qualitatẽ, quoniam in quantitate non ẽ oppositio, vt dicit in p̃dicamẽtis. Sed bñ secdm q̃litatẽ, hęc oia ex dictis patẽt. Põt ȳo harũ ratio sic sumi, qa enũtiatiões dici p̃nt oppositę. aut in quãtitate solum, & hę subalternę dñr aut in q̃litate solum, & hę bifariam. aut enim toto, & hæ contrarie sunt, ut non in toto sed in parte, & hæ subcontrariæ hñtur. aut in quantitate & qualitate, & sic hñtur contradictoriæ.

Reductio eium ad regulas.

Regula unica.

Pria regule negationis.

2. regula affirmatiōis.

3. regula affirmationis.

Responsio ppria et generalis.

contradictorię. Ratio igitur harum sic haberi potest.

¶ *Quapropter hæ quidem simul ueræ sint fieri nequit. ijs uero oppositæ de eodem simul ueræ sint, contingit interdum ut non omnis homo albus est, & est quidam homo albus.*

Com.35. ¶ Quomodo enuntiationes oppositę se habeant ad verum & falsum, nunc declarat & secundum recentiores eaq̃ dicet, erunt leges enuntiationum oppositarum. ¶ Prima itaque regula est. vniuersalis affirmatiua & vniuersalis negatiua non possunt esse simul veræ ¶. Secunda regula, subcontrariæ ijs oppositę possunt esse simul verę, inquit, quapropter hę quidem simul verę sint, fieri nequit. ¶ Hęc est prima regula. ijs vero oppositę de eodem simul verę sint, contingit interdum, vt non omnis homo albus est, & est quidam homo albus. hęc est secunda regula. ¶ Prima regula potest ex dictis sequi. probatum est enim eiusmodi enuntiationes esse contrarias. Contraria autem non possunt eidem competere, vt album, & nigrum. bene tamen ab eodem remoueri, qua ratione fit vt non possint esse simul verę, bene tamen vt supplent iuniores logici simul falsæ. vt omne animal est homo, nullum animal est homo, ambę enim simul falsę sunt. Simtliter omnis homo albus est, nullus homo albus est. Prima igitur regula locum habet propter naturam contrariorum. ¶ Secunda vero valet per primam. Si enim contrarię non possint esse simul veræ, subcontrarię non possunt esse simul falsæ. vbi enim hę essent simul falsę, cum hę contradicant illis, ille erunt simul vere per legem contradictoriarum, quæ dicit, si vna est falsa, alia vera, quare si ille ambæ falsę sint contrarię quę sunt illis contradictoriæ, erunt simul verę. et quia prima regula, secquitur ex dictis, & secunda ex prima infertur, iure Aristoteles literam hanc fecit illatiuam & quasi corrolariam.

Pria lex.

2. lex.

Probatio primæ.

Probatio secundæ.

¶ *Quæcunque quidem igitur contradictiones uniuersalium sunt uniuersaliter, necesse est alteram ueram esse uel falsam, & quæcunque in singularibus sunt. ut est socrates albus, non est socrates albus.*

Com.36. ¶ Regulas contradictoriarum nunc tradit, Prima est, contradictiones vniuersales non possunt esse simul verę nec simul falsę, sed omnino necesse est alteram veram esse alteram falsam. Secunda regula. contradictiones in singularibus similiter nec simul vere, nec simul falsæ esse possunt, sed necessario alteram veram alteram falsam esse opportet. Harum regularum nulla assignari potest causa, quoniam est axioma siue dignitas, vt illa, impossibile est idem simul esse & non esse.

prima lex in contradictoriis.

2. lex.

Causa legum.

¶ *Quæcunque uero in uniuersalibus non uniuersaliter, non semper altera quidem uera est, altera autem falsa. Simul enim uerum est dicere, quoniam est homo albus, et quoniam non est homo albus, et est homo pulcher, et non est homo pulcher. Si enim turpis est, pulcher etiam non erit, et si sit, etiam non est.*

Com.37. 5. lex. ¶ Quinta regula est in subcontrarijs indefinitis, videlicet. subcontrarię indefinitæ esse possunt simul verę, nunquam autem simul falsæ. Simul enim verum est dicere, quoniam est homo albus, & quoniam non est homo albus, & est homo pulcher, & non est homo pulcher. ¶ Probat hæc sic, hęc stant simul, est homo pulcher, vt italus est homo turpis, vt ethiopus, sed turpis est non pulcher. igitur stabunt illę simul, est homo pulcher, vtpote pro italo, est homo non pulcher pro turpi ethiope. ¶ Amplius si aliquid fit album, non est album, igitur stant simul, homo albus est pro eo qui iam factus est albus, homo non albuis est, pro eo qui fit albus. ¶ Sorticolæ probant regulam ex singularibus. hic vel ille est albus, igitur homo est albus, hic vel ille non est albus, igitur homo non est albus, quare hæ stabunt simul, homo est albus, homo non est albus.

Probatio.

Sorticola rum probatio.

¶ *Sed hoc alicui ilico absurdum esse uidebitur Propterea quòd uidetur significare non est homo albus simul, et quòd nullus homo albus est. At neque idem, significant, neque simul sunt necessario ueræ.*

¶ Sed obijciet statim aliquis contra dicta, quia hæ. homo albus non est, nullus homo albus est, idem significare videntur? Respondet, quòd neque idem significant, neque sunt simul necessario verę. Quod non idem significent, patet, quia vna vniuersaliter significat in toto, altera non vniuersaliter. Quod vero non sint necessario semper simul verę patet, quia stat hanc esse veram. homo albus non est, illam vero falsam. nullus homo albus est. In quibus potest colligi regula sexta subalternarum. videlicet quod si vniuersalis sit vera, semper sibi subalterna est vera. Contra autem esse potest subalterna vera, & subalternans falsa. ¶ Sed circa pręsentem lectionem solitti sumus dubitare. Primo, quia Aristoteles vult singulares oppositas esse contradictorias. vt Socrates albus est. Socrates albus non est, quod falsum esse videtur, quoniam sola qualitate opponũtur. igitur non contradictorię. ¶ Secundo, quia tunc vni essent due contradictorie, vt huic, est Socrates albus, contradicerent hęc nullus homo albus est, Socrates albus non est. ¶ Tertio. quo modo differet indefinita, quę ab Aristotele dicitur non vniuersalis, a particulari. ¶ Ad primam dici potest quòd in singularibus est verum contradicere, quoniam contradictio est oppositio, cuius non est dare medium secundum se, vt patet intelligenti. Tunc dico in contradictione singularium sufficere oppositionem qualitatis tantum. Sufficit enim quòd quicquid vna affirmat alia negat. ¶ Ad secundum dico, quòd prima contradictio est in singularibus. in alijs vero ratione singularium. Hæ enim contradicunt. omnis homo albus est, non omnis homo albus est, quia dicunt opposita circa vnum singulare, Reducuntur enim ad vnum punctum indiuiduum. Et ita concedo vni esse duo contradictoria non eque primo, huic enim. Socrates albus est. prima contradictoria est. Socrates albus non est. secunda illa, nullus homo albus est, quę ideo illi contradicit quia dicit oppositum circa idem numero. ¶ Ad tertium Ammonius prolixe loquitur, quæ breuibus expositor noster & clarius collegit, ego tamen breuioribus vtens, dico quòd differt indefinita a particulari, quia subiectum indefinitę est capax. omnis quãtitatis & per se subiectum particularis non nisi per accidens. Hęc enim est per accidens vniuersalis. omnis aliquis homo albus est. Secundo, quia subiectum particularis determinatum est ad certam quantitatis speciem. subiectum vero indefinitæ capax est omnis quantitatis. Propterea aoristica siue indefinita dicta est.

Com.38.

Regula in subalternis sexta.

Prima dubitatio.

Solutio prima.

Solutio secunda.

Solo tertia.

¶ *Patet autem et quòd una negatio unius affirmationis sit.*

¶ Posuit Aristoteles plures oppositionis species, quibus vi debitur fortasse vni affirmationi plures negationes opponi, aut contra vni negationi plures affirmationes. Ad tollendum igitur cauillum hunc occurrit obiter declarando

Com.39.

vni affirmationi negationem vnam, contra vero negationi vni affirmationem vnam opponi. Et hoc proponit dicens, patet autem & quòd vna negatio vnius affirmationis sit. contra vero vnius, negationis quòd sit vna affirmatio.

¶ Idem namque ut negatio neget oportet: quod affirmauit affirmatio ipsa & ab eodem, siue singulare sit illud siue uniuersale quoddam, aut uniuersaliter, aut non uniuersaliter sumptum: Dico autem ut est Socrates albus, non est Socrates albus.

Com. 40. ¶ Probat quod dixerat ratione primo, & syllogizat sic. Quicquid negat illud idem quod affirmatio affirmauit, est vna negatio unius affirmationis, deinde scribit minorem dicens, idem namque ut negatio neget oportet quod affirmauit affirmatio ipsa, & ab eodem subiecto siue singulare sit illud subiectum, siue uniuersale quoddam, hoc aut uniuersaliter aut non uniuersaliter sumatur. erit igitur conclusio quòd vni affirmationi vna est negatio opposita cuius exemplum ponit, & patet.

Syllogismus

¶ Quod si quoddam aliud ab eodem negauerit, aut ab alio idem non erit illi opposita, sed ab ea diuersa. Huic itaque omnis homo albus est. Huic uero aliquibus homo albus est, illa. nullus homo albus est, huic demum. est homo albus, illa. non est homo albus. Quod quidem igitur affirmatio una negationi uni contradictoriæ opponatur, & quæ sit hæ dictum est, et quòd aliæ contrariæ sint, et quæ sint istæ, dictum est, et quòd non omnis uera uel falsa contradictio, et propter quid, et quæ uera uel falsa, etiam dictum est.

Com. 41. ¶ Dubitabis fortasse si negatio predicatum idem de subiecto alio neget ab eo, de quo idem predicatum affirmatio affirmauit, est illi contradictoria. verbi causa. est Socrates albus. non est Plato albus, aut si neget aliud predicatum de subiecto eodem de quo affirmatio affirmauit, vt dicendo. est socrates albus, non est Socrates probus, sunt ne istę contradictorię? Respondet dicens quòd si quoddam aliud predicatum ab eo subiecto negauerit negatio ipsa, aut ab alio subiecto negauerit idem prædicatum, quod affirmatio affirmauerit, non erit illi opposita contradictoriæ, sed ab ea diuersa, quam iuniores logici vocant impertinentem siue disperatam. Hę enim vt contradicant debent esse de consimilibus subiectis atque predicatis. Deinde concludit multa exempla, & epilogat, & sermo patet traslatione solum ¶ Illud vero dubitatione dignum est, quia inter indefinitas videtur ponere contradictionem, vt inter has. homo albus est, homo albus non est. ¶ Hoc vero soluas eas esse contradictorias quoties subiectum sumitur pro eodem numero puncto. Pro diuersis autem suppositis sumendo, dicendum est vt supra.

Dubitatio

Solutio.

apud Boetium

¶ Ea autem una est affirmatio, eaque negatio una, quæ unum de uno significat, siue sit uniuersaliter uniuersale, siue non similiter. Veluti omnis homo albus est, non omnis homo albus est. est homo albus, non est homo albus. nullus homo albus est, aliquis homo albus est, modo album unum significet. Quod si duobus nomen est unum positum, e quibus unum non constat, non est una affirmatio, neque una negatio. Veluti si equo et homini quispiam nomen tunica imposuerit, hec oratio tunica est alba, non erit una affirmatio, neque, una negatio.

¶ Conueniunt omnes velle Aristotelem declarare quę sit enuntiatio vna, quæque plures. Primo fortasse, vt Ammonius sentit, quia prædixit vni affirmationi negationem vnam opponi, qua ratione euenit vt declaremus quę sit affirmatio vna, quęue negatio similiter vna. Secundo fortasse hoc declarat quia ambiguum est an vniuersalis enuntiatio vna sit, cum multitudinem amplectatur. Propterea consentaneum est videre, an cum illa vniuersalis enuntiationis multitudine stet vnitas, quę res declarabitur, si quę sit vna affirmatio, quęue vna negatio explicetur Tertio vt Alexander ait, quia in oppositionibus omnibus necessaria est vnitas enuntiationis, cum in æquiuocis non sit oppositio, ideo necesse est videre quę sit enuntiatio vna, quęue plures inquit, ea autem vna est affirmatio eaque negatio vna quę vnũ prędicatum de vno subiecto enuntiando significat, siue tale subiectum sit vniuersaliter vniuersale vt in vniuersali enuntiatione, siue non sit vniuersaliter vniuersale similiter vt in cęteris non vniuersalibus. Cuius rei exempla ponit, que patent. addit tamen [modo album vnum significet] hoc ideo adiecit, quia expresserat per exempla in enuntiationibus vnis semper subiectum debere esse unum, ne itaque quis credat solam subiecti unitatem sufficere, adiecit [modo album unum significet] qua ratione declaratur quòd ad unitatem enuntiationis necessaria est & subiecti & prędicati unitas. Ex quibus quæ enuntiatio non una sit, subiungit dicens, quòd si duobus nomen est unum positum, e quibus unum nõ constat, non est vna affirmatio, nec etiam vna negatio, veluti si equo & homini quispiam nomen tunica imposuerit. hæc oratio. tunica est alba, non erit affirmatio. nec hæc alia tunica est non alba, erit vna negatio, igitur enuntiatio non vna est, aut quando vnum de pluribus, aut plura de vno, aut plura de pluribus etiam nominis vnitate seruata enuntiat. Addit [e quibus vnum non constet,] quia si significata vocis sint plura, ex his tamen constet vnum aut numero aut ratione, adhuc enuntiatio erit vna. hæc enim vna est. Socrates est homo, quanquam Socrates significet aggregatum quoddam plurispers. Similiter hęc est vna. omnis homo albus est, quanquam plures homines sub illius subiecto comprehendatur, quoniam ex illis resultat vnum secundum rationem. Com. 42

¶ Diffet autem nihil hoc ab eo quod dicitur. est homo equus albus. hoc uero nihil differt ab eo quod dicitur, est homo albus, & est equus albus. Quod si hæ plura significent, & sint plures, patet et primam aut plura aut nihil significare. Non est enim aliquis homo equus. Quare nec in his necesse est alteram ueram, alteram falsam esse.

¶ Syllogizat que exemplificauerat fere expositorie, sic homo est albus, equus est albus, plura significant & sunt plures, hec oratio. tunica est alba, est ille due equus albus est homo albus est. igitur hęc oratio. tunica alba est, plura significat, & est plures. Inquit [differt autem nihil hoc] id est hæc oratio. tunica est alba ab eo quod dicitur est homo equus albus, hoc vero nihil differt ab eo quod dicitur est homo albus, & est equus albus. hæc minoris vis. addit maiorem dicens. quòd si hę plura significent, & sint plures, patet & primam aut plura Com. 43

aut nihil significare: plura quidem si homo equus plura sunt: nihil vero si equus sit homo, aut contra homo equus, quod cum sit falsum nihil erit. Propterea subdit non est. n. aliquis homo equus, nec contra aliquis equus homo. Ex ijs concludit propositę digressionis fructum dicens. quare nec in his hoc est æquiuocis necesse est alteram veram alteram falsam esse. ¶ Anima aduersione dignum primo ꝙ Aristoteles finxit exemplum: quoniam in exemplis naturalibus posset esse dubitatio inter opiniones, vt igitur nihil dubij relinquat, sure finxit exemplum. ¶ Secundo animaduertendum quòd finxit exemplum subiecti & non predicati, vt innueret interdum solam subiecti multiplicitatem facere æquiuocam enuntiationem. ¶ Sed ambigere solitus sum primo, quia oratio hęc tunica alba est, est plures inconiuncte. Illę. homo est albus, & equus est albus sunt plures coniunctione, igitur non sunt similes. ¶ Amplius hęc oratio, tunica est alba, potest esse in vno sensu tantum, vt si tunica sumatur pro homine solo qui sit albus. Illa vero cũ sit vna copulatiua ambas partes vult veras esse. ¶ Tertio dubitaui vtrum subiecto existente æquiuoco solum, semper oratio sit æquiuoca. ¶ Ad prima duo dubia Aspasius, Alexand. Porphyrius, & Ammonius, quos Boetius & expositor sectantur, volunt illud esse intelligendum, quo ad vnitatem atque multiplicitatem enuntiationis, non autem quo ad veritatem, & falsitatem, vt rationes innuũt. Potest tamen melius [vt mihi videtur] dici quòd illę duę orationes. homo albus ē, & equus albus est, debent legi inconiunctæ. Nam illa particula [&] quæ græce est kai, non copulatiuæ, sed vt sermonis continuatiua legi debet, & tunc dubitationes nullæ erunt. ¶ Ad tertium authores in metaphysicę quarto comen. secundo. velle videtur quòd si subiectum sit æquiuocum, prędicatum vero vniuocum, potest oratio interdum esse vniuoca, interdum æquiuoca. vniuoca quidem quando prędicatum sit accidens, velsti hæc. canis pulcher est. Interdum vero æquiuoca, quoties prędicatum sit substantia. vt canis animal est. Res hęc an vera sit, in sophisticis omittatur, quę cum non sit multum ad propositum. Hæc Auerrois solutio sufficit.

apud Boetium

¶ In his quidem igitur quæ sunt, & in his quæ fuerunt, necesse est affirmationem aut negationem ueram uel falsam esse. In uniuersalibus quidem & ut uniuersaliter semper alteram quidem ueram, alteram autem falsam necesse est esse, etiam in singularibus ut dictum est. In uniuersalibus autem non uniuersaliter, non necesse est. dictum autem est & de his.

Com. 44. ¶ An textus iste sit noui capituli initium, vt expositori nostro placet, vel sit finis præcedentis vti illius epilogus & glosa, vt Boetio videtur certe ambiguum est, sed quoniam siue sic siue sic veritas eadem est, videtur mihi quòd Aristo. enuntiationum talem innuat distinctionem, quòd quędam est de præsenti, quędam de præterito, quędam vero de futuro, & quęlibet harum est vniuersalis aut singularis & vniuersalis etiã alia est vniuersaliter, alia non vniuersaliter. Tunc vult quòd leges dictæ superius etiam habent locum in his quę sunt de præsenti, & in his quę sunt de præterito. In his enim prima contradictionis lex siue in singularibus sit, siue in vniuersalibus vniuersaliter, semper locum habet, quoniam altera contradictionis pars vera altera falsa est. Rursus & in his secunda lex sub contrariarum vniuersalium non vniuersaliter etiam locum habet, quoniam esse possunt ambę verę, nunquàm autem simul falsę. Alias credebam Aristo. hanc enuntiationem diuisionem esse per inesse & necessario inesse & contingenter inesse, videtur enim enũtiatio de præsenti oratio de inesse, cum sit contingens posita in actu. Enuntiatio vero de preterito esse videtur necessaria, cum necessarium sit id quod semp fuit, quęvero de futuro ē, videt contingens cũ sit de inesse non posito in actu. Res hæc satis colorata videtur verum, an sit ita vel ne dubium est. Aristoteles enim non habet oculum nisi ad enuntiationum tempora de materijs vero ipsarum in secundo huius explicabit. ideo nunc sit dictum in tantum.

¶ In singularibus uero atque futuris non est similiter. Nam si omnis affirmatio uel negatio uera est aut falsa, & omne necesse est esse aut non esse.

¶ Proponit disputare de lege contradictoriarum singularium de futuro, vbi animaduersione dignum quòd enuntiationes vniuersales de futuro simili lege incedunt, sicut vniuersales de præsenti vel præterito. In his enim quę contradicunt in vniuersalibus vniuersaliter necessario altera est vera, altera falsa. vt omnis homo erit albus, non omnis homo erit albus. In vniuersalibus vero non vniuersaliter possunt esse simul verę, non autem simul falsæ. vt homo erit albus, homo non erit albus. Restat igitur sola dubitatio in singularibus contradictorijs de futuro vtrum de necessitate altera pars sit determinate vera, altera determinate falsa. vt Achilles bellum geret. Achilles bellum nõ geret. inquit Aristoteles. In singularibus vero atq; futuris non est similiter altera pars determinate vera, altera determinate falsa. Sunt qui ipsi textui volunt esse addendum verbũ [contingentibus] vt sit sensus. in singularibus vero atque futuris & contingentibus non ē similiter altera pars vera determinate altera falsa, addunt [incontingentibus] quia illud non valet in necessarijs, determinate enim aut sol exorietur, aut nõ exorietur. Sed hęc additio non est necessaria, quoniam Aristoteles futurum vbiq; appellat id qd non est, & potest esse & non esse, tale autem est contingens. Hæc enim. homo curret, insert hanc, contingit hominem currere, igitur illa additio nulla est, cum satis per verba eius habeatur. ¶ Ad hoc probandum Aristoteles facit enthimema dicens nam si omnis affirmatio vel negatio in his vera est aut falsa, & pro igitur omne necesse est esse aut non esse, hoc est necesse ē alteram partem esse determinate veram, alteram determinate falsam, hoc est enthimema, e quo infertur deinceps omne aut esse necesse aut necesse non esse, & ita erunt duę naturæ tantum necesse esse, & impossibile esse, & non negabitur natura contingens. Propterea circa enthimema istud non parum laborandum erit. Com. 45.

¶ Si enim hic quidem dixerit aliquid fore. alius autem illud idem non fore dixerit, alter ipsorum necessario uerum dicat perspicuum est. Si omnis affirmatio uel negatio uera est aut falsa. In talibus enim simul ueræ ambæ non erunt.

¶ Credit expositor Aristotelem deducere enthimema, motus fortasse propter illam particulam [enim] quæ videtur reddere causam eius quod dixit. Mihi autem non placet, quoniam ea quę nunc dicit, nec remotę, nec propinquæ eē possunt præmissę conclusionis enthimematis. videtur igitur mihi quòd Aristo. cum dederit enthimema, nunc vim illius enthimematis mutat ad casum & exemplum, vt habeatur quod dixerat clarius, & syllogismus componitur sic. Omnis affirmatio est aut vera aut falsa. omnis qui dicit aliquid fore vel non fore affirmat vel negat. igitur omnis qui dicit aliquid fore vel non fore, dicit verũ vel falsum. Com. 46.

de ratione primo tangit minorem in exemplo, & inquit. Si enim aliquis dixerit aliquid fore. Alius autem illud idem non fore dixerit, hęc minor quasi in completa cui addit conclusionem .d. alter ipsorum necessario verum dicat [perspicuum est.] & quia hæc est vna hypothetica quæ potest reduci in syllogismum, subscribit maiorem .d. [Si omnis affirmatio vel negatio vera est aut falsa.] Vult igitur ex hoc habere maiorem talem. omnis affirmatio vel negatio vera vel falsa est. cui addas. sed omnis qui dicit aliquid fore vel non fore affirmat vel negat. igitur omnis qui dicit aliquid fore vel non fore, dicit verum vel falsum, probat maiorem .d. In talibus enim simul ambę veræ non erunt, ecce quo pacto Aristoteles dictum enthimema resumpsit sub forma syllogistica, & per exemplum & casum vt clarius esset.

¶ *Nam si uerum est dicere hoc album aut non album esse, necesse est album aut non album esse, & si est album, uel non album, uerum erit affirmare uel negare, & si non est mentitur, atque si mentitur, non est. Quare necesse est semper affirmationem aut negationem ueram esse uel falsam.*

Com.47. ¶ Cauillabit fortasse quispiam maiorem, quoniam affirmari potest aliquid & non esse ita in re verum sicut affirmatur. Nam mathematici ponunt casus affirmando illos qui non sunt, vt dicunt trahatur linea a centro ad cęlum. vbi affirmatur lineam esse tractam, non tamen est verum ipsam esse in re tractam, & ita non omnis affirmatio vel negatio est vera aut falsa, cum non omnis sit ita in re vel non ita. Cauillum hunc refellit .d. nam si verum est dicere hoc album, aut non album esse, necesse est album aut non albũ esse, & conuertitur videlicet quod si est albũ vel nõ album, verum erit affirmare vel negare. Similiter quo ad falsitatem, & inquit [& si non est verum album esse, mentitur] si dicatur album esse, & si mentitur per hoc quod dicit illud esse, id non est. ¶ Ex his concludit maiorem ipsam .d. quare necesse est semper affirmationem aut negationem veram esse vel falsam, & ita habetur maioris veritas, & cauilli confutatio.

¶ *Nihil ergo aut est aut fit a fortuna, neque quicquam ad utrumque contingens, neque erit aut non erit quicquam, sed omnia necessario euenient, nihilque ad utrumque contigens, nam aut is dicit uerum qui affirmauit. aut is qui negauit. Similiter enim fieret aut non fieret. utrumlibet enim non magis sic uel non sic se habet aut habebit.*

Com.48. ¶ Nunc vltimo infert inconueniens sequens ad syllogismũ dictum, vbi debes scire quòd contingens est quoddam rarenter, quoddam plerumq; quod dici solet natum, quoddam ad vtrumque, tunc intendit declarare quòd nulla erit natura præter necessariam, si conclusio syllogismi vera sit, & inquit. [Nihil ergo aut est aut fit a fortuna] & ita tolletur cõtingens raro. [neque quicquàm ad vtrumq; contingens] & ita tolletur contingens quod appellant infinitum [neque erit aut non erit quicquàm] & ita tolletur contingens plerumque siue natum, quod est aut ad esse aut ad non esse magis limitatum. ¶ Sed omnia necessario euenient, nihilq; ad vtrumq; contingens erit, repetit quasi causam, vnde hęc sequuntur dicens. nam aut is dicit verum qui affirmauit, aut is qui negauit, hoc est qui oppositum dixit, & ita similiter necessario alterum fieret vel non fieret, quare & demetur natura de inesse: quia vtrumlibet nõ magis sic vel non sic se habet de inesse vel se habebit, de necessitate alterum est, & ita tolletur materia contingentiũ, & materia de inesse, & omnia erunt necessaria, aut necessario euenientia. Hęc sunt impossibilia sequentia ad conclusionem.

¶ *Adhuc autem si quid nunc est album, uerum erat dicere prius ꝙ erit album, quare semper uerum erat dicere quolibet eorum quæ facta sunt, ꝙ est aut erit. Si aũt semper uerum erat dicere ꝙ est aut erit, non poterit illud non esse, aut non fore. At id quod non potest non fieri, impossibile est non fieri. Quod autem impossibile est non fieri, necesse est fieri, uniuersa ergo futura necesse est fieri, nullum ergo est ad utrumque contingens, neque a fortuna quicquam erit, nam si a fortuna non ex necessitate.*

Com.49. ¶ Et gręci & latini conueniunt quòd Aristoteles ad quęstionem propositam nunc ponat secundam rationem. Sed huic expositioni nõ assentio, quoniam neq; verba Aristo. nec series illi conuenit, ideo videtur mihi quòd cum Arist. argumentatus sit ad questionem in singularibus de futuris probando quòd in illis non est altera pars contradictionis determinate vera, nunc disputat in singularibus de pręsenti, probans quòd nec in istis altera contradictionis pars sit determinate vera, altera determinate falsa, & arguit sic, cuilibet propositioni de pręsenti correspondet aliqua de futuro, igitur si in singularibus de pręsenti altera contradictionis pars sit determinate vera, altera determinate falsa, vt quòd Plato sit albus determinate, aut non albus, tunc in singularibus de futuro ijs correspondentibus altera contradictionis pars erit determinate vera, altera determinate falsa, & ita fuit altera illarum vera. Plato erit album vel non erit album. fuit altera illarum determinate vera, igitur semper fuit vera. Si semper vera fuit, non poterat non fore, non poterat non fore, igitur non poterat non fieri, quod non potest non fieri, impossibile est non fieri, quia non potest esse æquiualet de impossibile esse, & non potest non esse ad impossibile non esse, quod autem impossibile est non fieri, necesse est fieri. per regulam ęquipollentiarũ. & ita vniuersa futura necessario erunt, inquit. [Adhuc autem si quid] nunc de pręsenti est album, vt Plato vel Callias, verum erat dicere prius ꝙ erit album, & ita vult cuilibet de pręsenti correspondisse aliquam de futuro, quare semper ante tempus præsens verum erat dicere quolibet eorum quę facta sunt ꝙ est aut erit. patet quia omne futurum antequàm sit pręsens, semper est futurum, & ita antequàm hęc sit vera. Plato est albus, cũ sit determinate uera per te, ab ęterno fuit futuræ veritatis, vltra arguit si semper verum erat dicere ꝙ est aut erit, non poterit illud non esse aut non fore, quia semper fore ęquiualet ad impossibile vel non possibile non fore, & ita ad impossibile vel non possibile non fieri vltra. at id quod nõ potest non fieri, impossibile est non fieri, quia non possibile & impossibile æquiualenti, ultra, quod autem impossibile est non fieri, necesse est fieri ab æquiualenti ad ęquiualentem. Negatio enim post posita facit ęquipollere suo contrario. Ex ijs infert. vniuersa ergo futura necesse est fieri. Cum enim quelibet singularis de pręsenti sit determinate vera aut falsa, & cuilibet de pręsenti correspõdet una de futuro, quælibet de futuro erit determinate vera aut falsa, & ita vniuersa futura necessario fieri tunc dat impossibile sequens ad hęc dicens. Nullũ ergo est ad vtrumque contingẽs, neque a fortuna quicquàm erit, quoniã si a fortuna aliquid erit, non omnia ex necessitate erunt. Sic igitur si in singularibus de pręsenti altera contradictionis pars esset determinate vera, omnia vt prius euenirent necessario, vt per enthimemata a primo ad vltimũ patet.

¶ *At uero*

¶ *At uero neque dicere potest aliquis neutrum esse uerum, ut neque fore, neque non fore. Primo nanque cum affirmatio falsa erit, negatio uera non erit, & cum hæc sit falsa, contingit affirmationem non ueram esse.*

Com.50. ¶ Megarici negarunt potentiam, & omne posse concedẽtes solum actũ & presentiam, & ita isti dicebant neutrum futurorum esse verum, cum nullum sit futurum possibile esse presens. Hos igitur Aristoteles refellit inferens affirmationem & negationem in his esse simul falsas simpliciter, qđ pro nunc relinquit tanquã impossibile, & inquit. At vero neque dicere potest aliquis neutrũ esse verũ, vt megarici opinantur negantes potentiã & possibilia atq; futura, dicentes nihil neque fore, neq; non fore. Primo nãque cũ affirmatio falsa erit apud illos, negatio vera non erit, & ita ambæ simul falsę, & cum hæc hoc est negatio, sit falsa, contingit affirmationem non veram esse, & ita ambæ simul falsę, contra naturam contradictionis.

¶ *Ad hæc etiam si quis uerum erit dicere aliquid simul esse album, & magnum oportet utrunque esse, etiam si erit uerũ cras, oportebit esse cras, & si non erit, non erit cras, non utique erit contingens ad utrunque ut nauale bellum, oportebit enim neque fieri nauale bellum, neque non fieri.*

Com.51. ¶ Secundo contra eosdem arguit sic. si in futuris singularibus ambę contradictionis partes simul sunt falsę. igitur de presenti aliquando erunt simul falsę. tenet consequentia per locum a contrario, quoniã si aliq̃ de futuro sunt simul vera, etiã de p̃senti oportet aliquando esse simul vera, etiã si aliqua sunt de futuro simul falsa, oportet vt de presenti aliquãdo sint simul falsa. Et tota ratio fundatur in hac maxima. cuilibet propositioni de futuro tali correspondebit vna de presenti talis, vt si de futuro vera, correspondebit aliquando aliqua de presenti vera. si falsa, etiam & falsa. quare si de futuro apud megaricos vtreq; falsę sunt aliquando de presenti vtreque falsę erunt, inqt. Ad hęc etiam si quia verũ erit dicere aliquid simul esse albũ & magnũ, oportet vtrunq; esse de presenti, etiam si erit verum cras oportebit esse cras, & si non erit verum cras, nõ erit cras, & ita cuilibet de futuro tali correspondebit vna de præsenti talis, ex hoc sequitur ꝙ non erit contingẽs ad vtrũq; quia omne tale est de futuro, ut nauale bellũ non erit contingens ad vtrũque, quia ex quo de futuro ambę partes sunt falsæ, oportet de presenti ambas falsas esse, & ita ne-
Dubitatio. gabitur omne contingens ad vtrunque. ¶ Sed dubitant, quoniã hęc est ṽa de futuro. albũ erit nigrũ, & tñ hęc al-
Responsio. bũ est nigrũ, nunquã est vel erit de p̃nti vera. ¶ Quicquid velint iuniores, dico ꝙ hęc est de futuro vera. albũ erit nigrũ pro subiecto cui accidit albedo, vt patet per resolutorium syllogismũ, ideo sibi non correspondebit illa de p̃nti album est nigrũ, sed hęc hoc est nigrũ, q̃ aliquãdo de p̃nti
Maxima. est vera. ¶ Ex regula Aristo. & modo probandi colligitur hæc maxima. propositionẽ esse falsam, cõuertitur cũ sua contradictoria. et si falsum est dicere. Socrates est, sequitur igitur Socrates non est, & si falsa est hęc propositio Plato est albus, sequitur igitur Plato non est albus.

¶ *Ea igitur absurda quæ contingunt, hæc sunt, & istiusmodi cætera. Siquidem necesse est cuiuslibet affirmationis atque negationis inuicem oppositarum tam in uniuersalibus uniuersaliter quã in singularibus, alteram quidem esse ueram, alteram autem falsam esse, ut quòd in his quæ fiunt, nihil sit ad utrunque, Sed de necessitate sint aut fiant cuncta, et ita nec consultare opus erit, nec res agendas aggredi, ueluti si hoc quidem fecerimus, eueniet hoc. Si uero illud non fecerimus, non eueniet hoc.*

Com.52. ¶ Quicquid velint expositores, Aristoteles (vt mihi videtur) epilogat absurda dicta addens alia. Absurda quidem sunt quòd nihil fiat contingenter ad vtrumque, & ꝙ cuncta necessario eueniant. ea quę addit. duo sunt etiã vt quòd frustra sit consultatio, & quòd frustra sit aggredi res agendas, sicut consiliarij agunt, qui hoc modo agunt dicentes. si hoc agimus vt si munitiones arcibus committimus, eueniet hoc. si vero non facimus illud, non eueniet hoc, idest non conseruabuntur arces. ¶ Animaduersione dignum consultationes esse partim a natura partim ab arte. natura quidem quoniam homines inter animalia soli sunt consultiui. Animalium vero ceterorum nullum. arte vero quia disciplina euadimus boni & mali consultores. tunc ex hoc arguitur, quod est a natura non est frustra. consultare (vt diximus) est a natura, igitur non frustra, & ita non erunt omnia necessaria. dicere enim consultationem non esse frustra, & euenire omnia necessario est implicare contradictionem.

¶ *Prohibet enim nihil etiam annos usque mille, hoc quidem fore aliquem dicere. illud uero non fore alium dicere. igitur necessario eueniet alterum eorum, quod tunc dicere uerum erat.*

Com.53. ¶ Videtur mihi ꝙ repetat absurda, & primo casu posito quod aliquis affirmet aliquid venturum fore ad mille annos. alius dicat illud non venturum, & syllogismus componitur sic. In singularibus contingentibus affirmatio vel negatio est determinate vera necessario. Sed dicere aliquid venturum ad mille annos, aliquid non venturum est affirmare & negare in singularibus contingentibus. igitur de necessitate alterum eorum eueniet, quod tunc dicere verum erat. De ratione tangit minorem .d. prohibet enim nihil etiam in annos vsq; mille, hoc quidem fore aliquem dicere. illud vero non fore alium dicere. Dat conclusionem dicens. igitur necessario eueniet eorum alterũ, quod tunc dicere verum erat, quod vnum dictorum absurdorum. Hec ratio deducta est a casu posito.

¶ *Etiam nihil refert si qui dixerint contradictionem ipsam, aut non dixerint. patet enim ita res ipsas se se habere, si non alter quicquam affirmauerit alter negauerit, non enim quia affirmatio aut negatio dicta est, res ipsa erit, aut non erit, neque magis si in annos usque mille, quàm quantouis tempore. Quare si in omni tempore sic se habebat, ut alterum fore uerum dicatur, necesse erat hoc fieri, & unumquodque eorum quæ simul sic semper se habere ut necessario fieret, nam si uere quis dixit aliquid fore fieri non poterit ut non eueniat, & si euenerit, semper ante uerum erat dicere ipsum fore.*

Com.54. ¶ Eadem absurda deducit non suppositio casu, accipit tamen duas suppositiones. Prima quòd nihil differt quo ad rerum aut existentiam, aut euentum si vnus affirmet aliquid fore alter neget illud fore, quia propter nostrum affirmare vel negare non mutatur rerum cursus ita vt sit aliquid vel non sit. Secunda suppositio. non differt quo ad rerum euentum earum que nunc aguntur vtrum fuerint affirmatę vel negatę ante annos mille vel aliud quantumuis tempus, hoc est quicquid venturum est in aliquo tempore futuro vt cras & determinate, in omni differentia tẽporis preteriti est determinate venturum pro cras, & non differt vt sit magis vẽturum pro mille ante annis, vel pro maiori tempore, & hoc inquit, neque differt rerum euen-

tus magis si in annos vsque mille antea fuerit affirmatus aut negatus, quàm quanto vis tempore. eadem enim videtur ratio si annis mille antea fuerit affirmatus aut negatus & si centum solum antea. Hæ sunt duę suppositiones. Tunc arguit, quare si omni tempore preterito sic se habebat contradictio vt alterum fore verum dicatur per te qui ponis in his alteram contradictionis partem esse determinate veram, necesse erat hoc fieri, & vnunquodque eorum que fiunt sic se habere semper vt necessario fieret, quoniam ipsum fieri semper & in omni differentia temporis preteriti erat verum. Deducit consequentiam. d. nam per te si vere quis dixit aliquid fore, fieri non poterit vt illud non eueniat, contra etiam etsi euenerit, semper ante verũ erat dicere ipsum fore. ¶ Est igitur vis rationis in omni differentia temporis preteriti erat vera altera pars contradictionis, & verum dicere alterum fore, igitur necessario erit. nam si non necessario erit, non semper fore in omni differentia temporis preteriti verum fuisset, vel cathegorice, sic omne determinate venturum in aliquo tempore futuro quod est determinate venturum antea pro omni differentia temporis preceriti, de necessitate eueniet siue quis affirmet aut neget illud euenire. hęc patet ex secunda suppositione. Sed omne venturum p̃ aduersarios est determinate venturum antea in omni differentia temporis preteriti. igitur necessario eueniet. & ita patet idem absurdum sequi posito casu siue non posito casu.

Rationis vis.

¶ Si itaque hec absurda sunt, illa impossibilia sunt, uidemus enim futurorum principium esse, tum ab eo quod consultamus, tum ab eo quod agimus.

Com. 55.

¶ Ea quæ dixerat, declarat esse impossibilia. & p̃mo proponit hoc, & inquit. [Si itaque] subaudiui in greco absurda sunt, illa etiam subaudiui impossibilia sunt. & hoc probat primo in singularibus contingentibus sic. ea omnia quorum nos ipsi domini & principia ex toto sumus, sunt contingentia, tangit minorem dicens. videmus enim futurorũ principium esse, tum ab eo quod consultamus, tum ab eo quod agimus. Igitur extrema contradictionis sunt in singularibus futuris penitus contingentia ad vtrunque. ¶ Animaduersione dignum quòd in nobis sunt tres actionum species. altera que spectat penitus ad eam animę partem que dicit viuifica, ab alijs vegetatiua, vt nutritio, auctio, & generatio, & hę pro maiori parte sunt necessarię, & nutritio, & auctio, siue imminutio, qcquid sit generatio que non fit in nobis. Alia que spectat ad animam sensibilem, vt appetitus, sensus, & motus, & hę etiam pro pluribus partibus sunt necessarie vt sensus, cum enim tangimur necessario sentimus, & fortasse appetimus licet possint rationes moderari, que vero spectant ad rõnalẽ partem, hæ sunt penitus animę rationali & nobis subditę, & harum domini sumus oino, & de his Aristoteles loquitur.

Actionum genera.

¶ Et cum in his quæ non semper actu sunt, sit omnino aliquid possibile esse & non esse. Similiter in his in quibus ambo & esse & nõ esse contingunt, fit etiã ut in illis sint fieri & nõ fieri.

Com. 56.

¶ Secũdo idẽ persuadet in vlibus de futuro, vbi debes scire quòd rerum quedam sunt que omnino nõ semp actu sunt, sed frequenter vt effectus naturales, quedã que ęqualiter sunt & non sunt vel rarenter sunt vt fortuita, ideo accipit quòd tam in primis rebus quàm in secundis est possibile esse & possibile non esse, & infert quòd p̃pter hoc oportet vt in illis vtrisq; sit possibile fieri & nõ fieri, & syllogismus est ea ĩ qbus est ple eẽ & nõ eẽ, ẽ possibile fieri & nõ fieri, hęc est maior. dat minorũ dicens, & cũ ĩ his q̃ nõ sem per actu sunt, sit omnino aliquid possibile esse & nõ esse, vt sunt res naturales, que plerunque sunt. Similiter in his in quibus ambo & esse & non esse contingũt, vt fortuita, hæc est minor. dat conclusionem dicẽs, fit etiam vt in illis sint fieri & non fieri, & ita contingentia quę describitur per possibile fieri & non fieri. Hæc est ratio Aristotelis.

¶ Plura etiam nobis perspicua sunt sic se habere, ueluti uestimentum hoc scindi potest & non scindetur, sed prius conteretur. Potest etiam similiter non scindi, non enim posset ipsum prius conteri, nisi potuisset non incidi. Quare et in aliis futuris idem erit, quæcunque secundum talẽ dicuntur potentiam.

¶ Hic ponitur tertia ratio per exemplum, & potest componi sic syllogismo expositorio, hoc videlicet vestẽ incidi est contingens, hoc est aliquid futurorũ, igitur aliquid entium futurorum nõ necessario eueniet. Igitur ab ęquiualente nõ omnia futura necessario euenient. Aut forte arguit exemplo per simile iudicium sic. vestem incidi est contingens, igitur in alijs futuris similiter inquit. Plura etiã perspicua sunt sic se habere, vtpote vestimentũ hoc scindi potest, & non scindetur, sed prius per tempora post conteretur, igitur scindi potest etsi non scindetur. Similiter potest etiam non scindi, non enim posset ipsum prius pro tempore post conteri, nisi posset non scindi, igitur potest scindi, quia non conteri, & nõ scindi, quia conteri & ita scindi & non scindi, quare vt in hoc vno ita etiã in alijs futuris erit idem quecunque secundum talem dicuntur potentiam ecce quo modo syllogismus est ab vno exemplo simili ad cętera. Fecit enim hoc exemplum in confirmationem propter hebetes, quos exempla fortasse magis mouent quàm rationes etiam demonstratiuę. Com. 57.

¶ *Perspicuum ergo non omnia necessario aut esse aut fieri, sed alia quidem esse ad utrumlibet contingentia, de quibus non magis affirmatio quàm negatio erit uera uel falsa. Alia uero talia esse ut ipsorum magis atque frequentius alterum eueniat, modo quidem alterum fieri contingat alterum uero minus.*

¶ Ex ijs rationibus concludit conclusionem, & inquit. Perspicuum ergo non omnia necessario aut esse aut fieri. hęc conclusio verum declarat quod modis esse poterunt contingentia, & enumerat duo contingentium genera, est, enim quoddam contingens ęquale siue infinitum quod potest ęqualiter esse & non esse vt moueri Socratem, est & contingens natum, quod si est aptũ magis & frequentius euenire, dicitur contingens natum frequenter aut plerunque vt canescere in senectute. si vero minus aptum euenire, dicitur contingens rarum, & hęc est conclusio textus. De his dicemus in secundo inquit. Sed alia quidẽ esse ad vtrũlibet contingentia, de quibus nõ magis affirmatio quàm negatio erit vera vel falsa. Alia vero talia esse vt ipsorum magis & frequentius alterũ vt affirmatio vel negatio eueniat, modo quidem alterum fieri contingat, alterum minus, & istę sunt species contingentis. ¶ Per hęc habetur solutio ad questionẽ principalẽ, querebatur enim vtrum in p̃ponibus singularibus de futuro altera pars cõtradictionis sit determinate vera, altera determinate falsa. ¶ Solutio est quòd in necessarij̃s de futuro altera est determinate, vera, altera determinate falsa. Quoniam sol orietur necessario & determinate, vel non orietur. Sit sol existẽs in leone necessario & determinate ęstuabit, aut non ęstuabit. Itemq; sol existens in capricorno determinate hyemabit aut nõ hyemabit. In illis vero q̃ de futuro sunt cõtingenti licet neutra contradictionis pars sit determinate vera, neutra determinate falsa: tamen in illis de futuro contingenti plerunq; altera pars contradictionis est magis apta euenire quàm altera, vt licet neutra harum determinate eueniet homo in senectute canescet, aut non canescet. Illa contradictionis pars. videlicet. canescet frequentius & aptius eueniet. In his vero quę de contingenti sunt æquali, licet altera eueniet: neutra tamen determinate aut eueniet, aut frequentius vel aptius. ¶ Hęc est solutio dubõnis. Similis solutio esse potest in contingentibus de presenti nã propositiones de futuro æquipollent, aut inferunt: similes de presenti cum modo contigentis, vt cras erit nauale bellum. igitur contingit nauale bellum esse vel nauale bellum erit, aut nauale bellum non erit. igitur cõtingit nauale bellum esse vel non esse. Et ita quicquid dicitur in illis de futuro, vult esse intelligẽdum in his de presenti in materia contingenti. Hęc Aristoteles de quęstione.

Com. 58.

Solutio tertius questionis & primo questio.

Solutio.

¶ Id igitur quidem quod est quando est, necesse est esse. & id quod non est quando non est necesse est non esse: non tamen aut omne quod est esse necesse est. Aut omne quod non est non esse necesse est. Non enim idem est omne quod est necessario esse, cum est. et simpliciter necessario esse. Et de eo quod non est simili mõ.

¶ Cum Aristoteles terminauerit illam questionem an in futuris cõtingentibus altera pars cõtradictionis sit determinate vera, altera determinate falsa solum quo ad partem negatiuam. videlicet q̃ non propter impossibilia enarrata: nunc vult declarare an in illis sit aliquo modo necessitas. Et primo proponit quot modis dicatur necessariũ, siue necessaria veritas: & vult quòd necessarium bifariam dicitur simpliciter. videlicet. & ex suppõne siue conditione. Simpliciter quidem necessarium est, vt solem oriri, aut ipsum reddi in capricornum. Ex suppõne vero necessarium id esse quando est: aut id non esse quando non est, vt Socrates currit quando currit. aut Socrates non disputat quãdo non disputat. Hoc enim est necessarium non absolute, sed ex suppõne. inquit. Id igitur quidem quod est quando est, necesse est esse. vt Socrates quãdo currit, necessario currit. Et id quod non est, quando non est, necesse est non esse, vt Socrates non disputat quando non disputat. Et locutus est per terminos transcendẽtes vt eius sermo sit vniuersalior & omnibus conueniens. Hoc est primum membrum. deinde tangens secundum inquit. non tamen omne quod est, absolute necesse est esse. aut omne quod non est, necesse est non esse. Nam Socratem currere absolute non necesse est: nec absolute necesse est non currere. Sed bene aut dum currit, aut dũ nõ currit. Cuius causam subscribit, & inquit. Non enim idem est omne quod est necessario esse cum est. Et simpliciter necessario esse, & de eo quod nõ est simili modo est dicendum. Nam non est idem necessario non esse cum non est, et necessario non esse simpliciter. Sic igitur duplex est necessarium ex suppõne, & simpliciter. Philoponus vero primo priorum authoritate Alexandri & Sosigenis subdiuit necessarium ex conditione, quoniam potest esse aut cõditione cadenti in subiecto vt omne quod currit, necessario mouetur dum currit. aut cadenti in prędicato. vt Socrates sedet necessario dum sedet. Quam diuisionem Aristoteles in secundo huius vlterius examinabit. Nunc vero sit dictum in tantum. Com. 59.

¶ *Et in contradictione etiam ratio eadem est. Omne namque esse aut non esse necesse est: itemque aut fore aut non fore. Non tamẽ necesse est disiunctiue alterum fore. Ceu necesse est quidem cras nauale bellum fore, aut non fore. Non tamen fore nauale bellum cras, necesse est, neque rursus non fore. attamen fore aut non fore necesse est.*

¶ Premissa distinctione verbi necessarij, nunc applicat illam ad rem, & declarat quo modo in enuntiationibus de futuro est necessitas: & vult quòd in illis de futuro reperitur necessitas simpliciter, quotiens fit vna cathegorica de altero extremorum disiuncto. verbi causa. necesse est cras nauale bellum fore vel non fore disiunctim. videlicet tenendo extrema: quoties vero fiunt plures cathegoricę in vna disiunctiua, in illis non potest esse necessarium. Non enim necesse est cras nauale bellum fore. Aut necesse est cras nauale bellum non fore. sunt enim hę due cathegoricæ ambę falsæ. inquit. Et in contradictione, hoc est disiunctione facta inter contradictorias, ratio eadem etiam est vt in illis dicatur necessitas. Omne namque esse aut non esse necesse est quo ad illas de presenti. Itemque aut fore aut non fore disiunctim, scilicet tenendo illa: & ita cathegorica de extremo disiuncto necessaria est & in illis de presenti, & in illis de futuro. Non tamen necesse est disiunctiue & in hypothetica disiunctiua alterum fore. Exemplum ponit & inquit. Ceu necesse est quidem cras nauale bellum fore, aut non fore. Non tamen fore nauale bellum cras necesse est: neque rursus non fore necesse est Attamen fore aut non fore necesse est. ¶ Sed dices quo modo est necessarium in illis ex conditione. ¶ Dicendum quòd in illis est necessarium ex conditione, dum. videlicet futurum est, vt cras nauale bellum fore necesse est quando est futurum, aut non fore quando non est futurum. ¶ Animaduersione tamen dignum quòd fortasse necessitas reperta in cathegorica de extremo disiuncto est necessitas non simpliciter vt exposui: sed ex conditione: quoniam necessarium alterum, si alterum necessarie est esse. Absolute vero in illis nullatenus aliquid reperitur necessarium. Et hoc est tutius dictum. Alias vero dixi quòd illa. nauale bellum erit vel non erit, est necessaria simpliciter: quoniam sua contradictoria, non nauale bellum erit vel non erit esse simpliciter impossibilis. vt patet per equiualentem quę est copulatiua facta ex partibus contradictorijs, vt nauale bellum erit, & nauale bellum non erit, quæ est simpliciter impossibilis. tu vero considera. Com. 60. Dubõ: Solutio. Notabile.

¶ Quare cum orationes ita sint ueræ, ueluti res ipsæ: perspicuum similiter necessario se habere & in contradictione: quemadmodum sic se habent ea quæ ad utrumque esse, aut fore contraria possunt: quod quidem contingit in his quæ non semper sunt, aut non semper non sunt. Harum enim rerum alteram contradictionis partem ueram aut falsam esse necesse est, non tamen hanc uel illam. sed utraque contigerit. Fit etiam ut magis quidem uera sit altera, non tamen uera iam aut falsa.

¶ Hactenus de rebus ipsis, nunc ad orationes quæ a rebus proficiscuntur sermonem conuertit. Et breuibus vult ita esse in orationibus, veluti nunc dictum est in rebus. At in rebus quo modo non sit necessitas absolute, & quo modo est dictum est. Igitur & in orationibus pariomodo est dicendum. inquit. Quare cum orationes ita sint veræ, veluti res ipsæ, perspicuum similiter necessario se habere & in contradictione taliũ enuntiationum quemadmodum sic se habẽt ea quę ad vtrũq; esse, aut fore contraria pñt. Et declarat in quibus. & inquit. quod quidem cõtingit in his, quę non semper sunt, aut non semper non sunt, qualia Com. 61.

sunt contingentia, que sunt non necessaria, quę semper sunt aut impossibilia que semper non sunt. Harum enim rerum (vt diximus) alteram contradictionis partem veram aut falsam esse necesse est, non tamen hanc vel illam disiunctiue, sed vtraque contigerit disiunctim. ⁋ Sed dices cum neutra sit necessario vera, est ne altera magis apta fieri vera, quàm altera? Responder, sit etiam vt magis quidam vera sit altera, vt in contingentibus plerunque, vt Socratem fore, canum in senio, quàm non fore. Non tamen vera iam determinate & necessario aut falsa determinate. Sic igitur patet in contradictione de futuris necessario alteram partem fore veram disiunctim. Neutram autem disiunctiue aut determinate.

⁋ *Quare patet non omnium affirmationum et negationum oppositarum alteram necessario ueram esse, alteram falsam. Non enim quemadmodum in his quæ sunt, sic se habet et in ijs que nō sunt quidem. Esse uero aut nō esse possunt. Sed ueluti dictum est*

Com.62.

⁋ Epilogat solutionē, & causam solutionis, & inquit. quare patet non omnium affirmationum & negationum oppositarum alteram necessario veram esse, alteram falsam. Cuius causam epilogat dicens. Non enim quemadmodū in his que sunt, vt sunt illę de inesse, aut necessario inesse, & de presenti, sic se habet & in his que non sunt, quidem esse vero possunt: Vt sunt illæ de futuro. Sed veluti dictū est. Dictum est enim, quòd necessario in illis, de futuro disiunctim altera est vera. Non tamen necessario hæc vera, vel illa necessario falsa. Hinc sorticolę sumunt, cuilibet ꝓpositioni, de futuro veræ responder aliqua de presenti, quæ quandoque erit vera, non tamen ecōtra cuilibet de presenti respondet vna de futuro, quæ fuit aliquando determinate vera.

Questio de rerum contingentia. Prima ratio.

⁋ Quęrunt iuniores an quodlibet contingens necessario eueniat. & multis rationibus arguunt quòd sic. primo aliquid contingens necessario eueniet. Igitur quodlibet. tenet consequentia, quia non maior est ratio de vno quàm de omnibus. Antecedens declaratur de anima antichristi, quoniam anima antichristi aliquando necessario erit. Igitur anima antichristi necessario erit. Tenet consequentia ab inferiori ad suum superius. Antecedens vero declaratur, quia post a, instans in quo erit, necessario erit, cū
2 sit sempiterna. ⁋ Secundo ad idem tempus in quo anima antichristi necessario erit, necessario erit. igitur anima antichristi necessario erit. Tenet consequentia. nam postea, tempus anima antichristi necessario erit. Et tēpus postea, necessario erit. igitur & anima ipsa necessario erit. ⁋ Secundo principaliter arguitur. de necessitate omne futurū erit, quodlibet contingens est futurū. igitur de necessitate oē contingens erit. Tenet syllogismus ex maiori de necessario
3 & minori de inesse. ⁋ Tertio accipio aliquid contingens. verbi causa. a, & signo omnes causas promouentes ad a, per ipsum b, & omnes impedientes ad a, per ipsum c. Et arguo, aut erunt ęque potentes, aut altera pollentior altera. Si ęque potentes, neutra pars erit, vel ambę erunt. Si alte-
4 ra fortior, ea pars determinate erit. ⁋ Quarto, omne scitum a deo necesse est esse. sed omne contingens aut futurum est scitum a deo. igitur omne contingens necesse est esse. Tenet syllogismus ex maiori de necessario & minori de inesse. Maior patet, quia scientia est necessariorum. primo po-
5 steriorum. Minorem omnes concedunt. ⁋ Quinto vt sit illud futurum quod aliquando erit a. tunc hæc propositio est vera a, erit. Igitur ante instans in quo a, ponetur inesse, fuit hæc vera, a, erit. sit hęc ꝓpositio a, erit b, tūc hęc est vera, b fuit vera, sed omnis propositio de preterito est necessaria. Igitur hęc propositio, b fuit vera est necessaria. Sed b, significat illam a, erit. Igitur necessario a, erit & ita vt
6 prius. ⁋ Sexto, sit aliquod futurum a, & quęro vel id scitur a deo, vel non scitur. Non potest dici, quòd non sciatur, quia contra omnes. Si scitur, aut potest esse, quòd a, non sit, aut non potest esse. Si non potest esse, igitur necessario erit, per ęquipollentiam. Si potest, esse, quòd non sit. igitur contingit ipsum non fore, ponatur quòd nō sit, cum omne possibile possit poni inesse, igitur scientia dei est deceptio.
⁋ Septimo, aliquod sciens futura necessario erit. Igitur om- 7
nia necessario erunt. probatur, quia non potest esse sciens
futura, nisi futura necessario erunt. ⁋ Octauo, lignum cor 8
rumpetur, igitur lignum erit. Antecedens est necessarium,
igitur & consequens. ⁋ Nono, cælum necessario agit, et nul 9
lum agens hic potest illius actionem impedire, igitur actiones necessario erunt. Prima pars patet, saltem apud Aristotelem. Secunda declaratur, quoniam nulla causa potest impedire actionem alterius, nisi sit aut tantę potentię, aut maioris. Modo nihil hic inferius est maioris, aut tantę potentię, quantę cęlum. Cum nec anima humana, quoniam illa
est in minori magnitudine quàm anima cęli. ⁋ Decimo, spe 10
ciatim arguūt de actionibus nostris. Quoniā oē necessario agens in ea, qbus actiones nostrę mutantur, actiones necessario mutat. Sed cælū necessario agit in cōplexionē, qua anima ipsa in agendo mutat. vt in libro physionomię. et in pri 11
mo de anima dicit. Igitur vt prius. ⁋ Vndecimo, pollentior est virtus cęli, quàm cuius vis rei naturalis. Sed aliqua virtus alicuius rei naturalis potest necessario animę actiones mutare, vt humor in morbis, & vinum in ebrijs. igitur &
uirtus cęli. ⁋ Vltimo, suppono quòd cęli & stellarum mo- 12
tus, & lumina, & configurationes sint propter nos. Hoc omnes asserunt. Secundo peto media in finem esse frustra, quoties ijs positis, potest finis non esse, aut aliter esse. Tunc arguo. sit vna cæli constitutio quę protendat Socratem esse impium, aut igitur necessario erit, aut potest non esse. Si primum, habetur propositum. Si secundum, tunc medium in illum finem erit frustra.

Positio stoicorum

⁋ In isto q̄sito est multorum stoicorum positio, quę ait omne contingens necessario fore. vnde in rebus duas statuunt naturas, necessariam. videlicet & impossibilem. necessariam quidem, quia omne quod est, necessario est, & omne quod erit vel potest esse, necessario erit. Impossibilem vero, quia quod nō est, impossibile est esse, & quod non erit, impossibile est fore.

Motiua stoicorum.

⁋ Mouentur autem potissimum, quoniā omnia continētur in ordine secundarum causarum, quod fatum vocant. Et hic ordo in prouidentia siue dei prescientia. Modo non vident quo nam modo cum fati necessitate, & dei prouidentia stare posset contingentia. Hinc concludunt finem esse stabilitum, & media in finem etiam. Propterea nos non consultamus, quia potest sic & bene finis euenire. Sed si bonus finis est constitutus in fato atque prouidentia, bonam consultationem præcedere necesse est.

Authores.

⁋ Huius positionis videntur multi astronomi vt Hermes vetustissimus author, Neocepsus quoque & Potesiris, & de nostris Maternus, atque Manilius. De exteris Albumasar, & plurimi Mauri, Setirion possidonius, atque Phrenicius. Huius quoque videtur & Cicero in libro de diuinatione. Lucius quoque Appulleius Hermetis sectator in his que scribit de natura deorum. Seneca in tragedijs. Ouidius. Tu sola dicens insuperabile fatum, nata mouere potes. Maro. Manent immota tuorum fata tibi. et in sexto Desine fata deum flecti sperare præcando. Huius preterea positionis plurimi philosophi fuere, vt Democritus, Heraclitus, Empedocles, & multi epicureorum.

2. positio.

⁋ Plato vero in Thimeo ait, nihil esse vel fore necessarium, nisi deum. Nam cum omnia dependeant a diuina voluntate, & illa sit penitus libere & contingenter agens, etiam omnia ab illa penitus contingenter proficiscuntur. Huius positionis sunt nostri theologi, & in illa omnis sana concordat positio. Dicimus enī eē in rebus simplr necessariū deum solū. Cætera eē absolute cōtigētia: eē tn̄ q̄dā necessaria ex suppōne, n̄ negamus.

3. positio.

⁋ Alij q̄si iter hæc mediātes distinguūt. nam effectus qdā sunt, quorū causę totales atq; pncipales sunt corpa cęlestia, vt ortus syderū, decursus stellarū p. 12. signa, cōfigurationes eclipses, & id genus, et hos effectus necessario euenire autumāt. Alij sūt effectus, ad q̄s stellæ n̄ pncipalr concurrūt, sʒ dispositiue et hi n̄ vna rōne sūt, qa ad alios pncipalr cōcurrit natura, vt motus elemētorū, stirpiū, et aīaliū, et id genus, et huiusmodi ēt necessario eueniūt. Ad alios vo cōcurrit volūtas, vt actiones nr̄æ, et ad harū euētū cōcurrūt cæli afficiendo atq; disponēdo. Sed cū nos simus illorū dn̄i, tādē cōtingēter e nobis ꝓficiscunt. Et breuit aiūt, ꝙ rebus existētibus, et ad imaginationē ablata oī volūtate & humana et diuina, oēs euētus necessario agunt atq; fient. Huius snīe Crisippus tarsensis, cleontis auditor ī libro de fato, quē ętate. 80. annorū scripserat, esse videt.

Positio peripatheticorum.

⁋ Peripathetici vo naturā rerū in tres diuisere. Nā aliā dicunt necessariā, vt cęlestiū & diuinorū, et eorū oīum q̄ materię et cōtrarij sunt expertia. Aliā īpossibilē, veluti eorū quæ nō sunt, nec in viribus cōtinent causarū, vt Hipocētauri, & id genus. Aliā vo cōtingētē inter hæc mediā, q̄ si æqualis sit ad vtrūq; cōtigēs reddit īfinitū, si ad alterū magis apta, cōtigēs facit natū. Horū cōtingētiū duę sūt causę, materia videlicet ipsa, q̄ est causa vniuersalis oīum cōtigētiū. Atq; volūtas humana saltē actionū nostrarū p se, multorū aliorū p accidēs. Nā licet actiones animaliū & rerū naturaliū sint determiatæ, cū ꝓficiscant a natura illorū, vt vero subdunt humanæ volūtati, cōtigentiā subeūt. Qua rōne fit, vt sublata volūtate nr̄a & dei, adhuc in rebus pōt esse cōtigētia q̄ ꝓficiscitur a materia. Nā licet vnūquodq; in sui actionē sit limitatū, tn̄ ꝓpter cōcursum pluriū causarū adhuc pōt euentus cōtingēs esse.

Difficultas.

⁋ Ea vo quæ ꝑipatheticis qōnē maximā faciūt, sunt duo. Primū qūo cū rerū cōtingētia stat ꝓuidētia diuina, cū illa sit nō nisi necessariorū. Scđo, qūo stare pōt cum necessaria cęli causalitate.

Positio Auer.

⁋ Ad quę Auerroes in multis locis rn̄dens. Primū euitare enitit ꝑ hęc ꝙ deus ꝓuidētiā rerū nō habet ꝑticularē, cū cognitio particulariū sit extra sciētiā & doctrinā. Sed rerū ꝓuidētiā habet vniuersalē aliq̄ ex parte, sub quo sane mō necessitatē habēt. Scđm vo euitat qm̄ cęlū solū causam vniuersalē ꝑ sui lumē & motū rerū dicit. Nā res ipsę suis a ꝓximis causis proficiscunt e cęlo vt ab vniuersali causa.

Cōfutatio.

⁋ Sed hæc quæ dicit sunt cōfutata a nobis in multis locis libri, destructio destructionū. Et arguitur nūc. deus est causa entis vt ēns. igit oīum modorū entis, sed modi entis sunt necessariū et cōtigēs. vt quito meta. habet. Igit causa entis cōtigētis & necessarij. Igr̄ cū dei causalitate stat cōtingētia. Quo vo ad celestē causalitatē arguo. Nā aīa q̄ nulli corporeę ipręssioni subdit pōt disponi ad cōtrariū, & n̄ seq naturā illius dispōnis: mō rōnalis aīa nulli ipressioni corporeæ subdit. Igit potest disponi a cęlo, & illius dispōnis eligere cōtrariū. Qua rōne cū causallitate cæli stat cōtigētia actionū nr̄arū. Hinc patet ꝙ triplex sit natura videlicet necessaria, q̄dā penitus cōtigēs, q̄dam ipossibilis ꝓpōnes necessariæ in natura sunt necessaria, velut de necessitate sol exorit. ꝓpōnes cōtigētes sunt ī natura cōtigēti, q̄ si exierit ad actū, ꝓpōnes erūt de inesse. si nō exierit ad actū, sunt de cōtigēti. Propōnes vo ipossibiles in natura sunt de ipossibili. Huius pōnis fuit Ptolemeus oīum mathematicorū pnceps in ꝓhemio librorū apotelesmatum, vbi pluribus rōnibus ꝓbat fatū, qđ in stellarū cōstitutionibus cōsistit, rebus nō necessitatē iponit, sed afficit ad alterā cōtigētis ꝑtē. ⁋ Tūc ad rōnes. Ad pmā sorticolę tenēt aīam antichristi post, a, istās adhuc cōtigēter eē. Nā qđ semel est cōtigēs, ē semp cōtigēs, ꝑpetuari tn̄ eā fatent volūtate diuīa, vt Plato ēt ī Thimeo ait. Alij peripathetici tenēt aīam antichristi post, a, necessario eē, et ita cōcedūt aīam antixp̄i aliq̄n necessario eē, n̄ tn̄ valet, igr̄ necessario erit: Cū arguat, a scđm qd ad simplr. ⁋ Vlterius ad secūdā concedūt sorticolę tp̄s in q̄ erit aīa antichristi necessario aliq̄n fore, nō tn̄ aīam antichristi fore necessario, qm̄ in illo tp̄e qñcūq; erit, aīa illa contigenter erit. ⁋ Ad secūdā pncipalē rn̄det Auer. & ēt Ioānes grāmaticus primo porū, quòd ex maiori de necessario et minori de ineē, cōclo fit de necessario cōditionato, qūo cōcedo ꝙ oē cōtingēs erit necessario īquātū futurū, veluti valet đ necessario. oē currēs mouet Socra. currit, gr̄ de necessario Socr. mouet ī quātū currit. Hęc res satis disputata ē ī libro porum. ⁋ Ad tertiā rn̄det sorticolę casū eē ipossibilem, qm̄ nō pn̄t accipi oīa q̄ pn̄t ipedire, nec oīa q̄ pn̄t ꝓmouere ad aliqd fore, cū illa sint īfinita. ⁋ Ad q̄rtā dicēdū vt ad scđam, erit .n. cōclo de necessitate cōditionata, vʒ ꝙ oīa futura necessario erūt vt prescita, q̄ absolute n̄ necessario erūt. ⁋ Ad qntā dici pōt ꝙ oīs de p̄terito ē necessaria, cuius vitas n̄ depēdet a futuro, vt ē ī ꝓposito. ⁋ Ad sextā sorticole cōcedunt p̄destinatū posse dānari, Nō tn̄ posse p̄destinatū dānari. Nā pria ē ī sensu diuiso, q̄ nō debet poni ieē. scđa vo de sensu cōposito, q̄ req̄rit vitatē momētariā. Theologi cōcedūt p̄destinatum posse dānari, et qn̄ dr̄ ponat ieē, nō admittūt. qa repugnat posito. Positū enī ē fuisse p̄destinatū, cui repugnat sp̄m dānari. Nō enī captiūculatores aiūt oē posle ē aut admittēdū, aut cōcedendū. Sed solū cū nō repugnat posito. Alij ꝑipathetice magis aiūt oē posle ꝑ se debere et posse poni ineē, ꝑ accīs tn̄ nōnūq̄ poni n̄ p̄t, veluti in casu vbi p̄cedit, obligatio illius oppositi. Algazel vo maximus iter arabes melius satisfacit et ad rē, assertt enī deū ꝓuidere & p̄scire cōcta vētura. sed sua scia ē talis, vt nō rebus necessitatē ponat. Nā vt deus scit qd non est, ita scit qūo nō scit nos. scitur. n. ꝙ deus nō scit nos, mō q̄ scimus res, nā scia nr̄a ē ex necessarijs, et de necessarijs: scit āt ꝙ scia dei nō ē mō nr̄o. Sed qūo sit, ē nobis ignotū, et ꝑ cōsequēs ignotū nobis ē q̄ mō cū dei p̄scia stat euētū cōtigētia. ⁋ Tūc ad pūctū dico ꝙ, deus p̄sciuit qcqd erit đ socrate, & tn̄ nō seqt, ꝙ necessario oē illud erit. modus vo q̄ illud fieri p̄t, ē nobis ignotus. ⁋ Sed dices scia dei ē ꝑfectior, igr̄ magis ex necessarijs et đ necessarijs. negat ꝯña, qm̄ scia q̄ ē necessariorū et cōtingētium ē amplior et ꝑfectior, cū sit mltorū q̄ illa q̄ ē necessariorū tm̄. Sic igr̄ scđm virū istū asserēdū ē, deū p̄scire cūcta, modus vo q̄ ē ignotus. ⁋ Et sic adhuc cauillabis deus p̄scit Socratē beādū, aut igr̄ Socra. p̄t dānari aut nō. dico ꝙ p̄t dānari, et p̄t n̄ dānari. Et cū dr̄ ponat ieē. volo eē positū, n̄ tn̄ seqt, igr̄ scia dei ē đceptio, qm̄ illa p̄scia fuit cū vtroq; Esset. n. đceptio si fuisset alterius tm̄. Modus vo q̄ illa p̄scia sit vtriusq;, et alterius, ē vltra captū humanum. ⁋ Ad 7. cōcedūt sorticolę aliqd ens sciēs futura necessario eē et fore, accipiēdo ip̄m formalr, n̄ tn̄ īquātū scit futura. ⁋ Ad. 8. cōcedūt aliqd eē necessario corruptibile, qđ necessario n̄ erit vt antichrs, q nūc cōtigēter erit, et tn̄ necessario erit corruptibile, nec repugnāt. ⁋ Ad. 9. dđm, ꝙ aīa p̄t ipedire actionē cęli, nō qa sit maioris vtutis, neq; ęq̄lis, sed qa illi iproportionata. ⁋ Ad decimā, dico ꝙ cęlū potest dupliciť agere in hominem. vno modo ipso adhuc ꝑmanēt debito instrumēto ꝓ actionibus suis, & ita cęlū nō agere potest in hoīe nisi cōtingent. alio mō destruēdo istra ꝓ actiōibus, et ita nō ē ꝑuare arbitriū, sed corrūpe istrm agēdi. ⁋ Per idē patet ad undecimā. ⁋ Ad duodecimā solo pʒ, sūt. n. stellę motus, et cōfiguratiōes pp nos sine scđario, nec icōuenit illa eē frustra respectu finis scđi. Cū tn̄ sint adhuc pp finē pmū, Preterea mltę sūt actiōes, q̄ euitari n̄ pn̄t vt generatio & corruptio. et ppea n̄ sūt frustra. Qua rōne pʒ cū cęli cāsalitate, et dici p̄scia posse stare euētū cōtigētiā, q̄ Auer. ignorauit

⁋ Primi de interpretatione Finis.

ARISTOTELIS DE INTERPRETATIONE LIBER SEcundus Augustino Nipho interprete & expositore.

Voniam aũt affirmatio eſt enuntiatio aliquid de aliquo ſignificans: hoc autẽ eſt aut nomẽ aut nomine uacans. Vnum uero & de uno id in affirmatione eſſe oportet. Dictũq; eſt antea quidnã ſit & ipſum nomẽ, et quid etiam nomine uacãs. Ipſum enim nõ homo nomẽ quidẽ nõ dico, ſed indefinitũ nomẽ. Vnũ enim quodã modo indefinitũ nomẽ ſignificare uidetur. Quemadmodum & nõ ualet nõ uerbũ. ſed indefinitũ uerbũ appello. Erit igitur affirmatio omnis atque negatio, aut ex nomine et uerbo, aut ex indefinito nomine & uerbo.

¶Sed hæc reſponſio nec re nec verbis eſt peripathetica. nullus enim vnquam peripatheticus hoc loquendi modo uſus eſt, ſed bene cucullati metaphyſicis ſtudijs tantum adducti. Amplius doctiſſimus Boetius exponens verbum illud gręcum, proſtheſes, inquit, appoſitiones vocat prędicationes, vbi vult ipſum eſſe & non eſſe prędicata eſſe, quod quidem verbum ipſum gręcum ſonat, ut parum græcis literis peritis patet. Rurſus Auerroes in paraphraſe huius loci vult ꝙ verbũ ſit magis prædicatum ipſo nomine, quia eſt forma, e qua omnis proficiſcitur orationis vnio.

Expoſitio propria.

¶Dico igitur, ꝙ eſſe & nõ eſſe in illis de ineſſe prædicata ſunt ſiue, proſtheres, hoc eſt, appoſitiones, quibus nomen nomini copulatur. Similiter modi ſunt appoſitiones ſiue prædicata modalium, quæq; a nonnullis formalia prędicata dicuntur, & nõ imperite, Vtrobiq; enim modus modalibus, eſſe vel non eſſe illis de ineſſe, inherentiam ſignificãt prędicati ad ſubiectũ. Hæc de appoſitionibus.

De poſſibili cõtingẽti. Quid contingens. Stoici poſſibile

¶Poſt hęc qd ſit poſſibile quidue neceſſarium & ineſſe tranſigamus. Ariſto. itaq; primo priorum capite. II. ipſum hendechomenon, quod latine eſt, contingens ſic deſcribit, contingens eſt, quo non exiſtente neceſſario. Poſito aũt eſſe aũt non eſſe, ex illo nihil erit impoſſibile. ¶Circa definitionem poſſibilis videamus quid alij dicant. Dynaton, quod nos poſſibile dicimus vniuerſalius quid ꝗ neceſſarium eſſe autumant. ¶Diuidunt.n. enũtiationes hoc modo, ꝙ aliæ ſunt poſſibiles, alię impoſſibiles, rurſus poſſibilium, aliæ neceſſariæ, aliæ nõ neceſſariæ. Et iterum non neceſſariarum, alię poſſibiles, alię impoſſibiles. Eſt autem propoſitio non neceſſaria poſſibilis, cuius ſignificatus poteſt prohiberi & non prohiberi a veritate, quod etiam Auicẽna ſentit. Hęc ſtoici de ipſo poſſibili.

Cõfutatio

¶Sed hoc ſtare nõ poteſt. Primo, quia diuiſio eorum falſa eſt, nam una & eadem ſpẽs non poteſt eſſe genus & ſpecies reſpectu eiuſdem, quare non recte diuidunt propoſitiones poſſibiles per neceſſarias & non neceſſarias, & rurſus non neceſſarias per poſſibiles atque impoſſibiles. Huic etiam Auerroes obijcit. ſecundo phyſicę auſcultationis. com. 48. cuius rationes ibidem perquirantur.

Põ Diadori.

¶Diſertus vero Diadorus inquit, Poſſibile eſt, quod quandoque erit, quandoq; non erit, adiecit rurſus ipſius poſſibilis vnũ ſignificatum. videlicet, id quod iam exiuit ad actũ, quod nos diximus de ineſſe. aliud videlicet, quod poteſt exire, nondum tamen exiuit. ¶Nec hoc (vt mihi videtur) ſtare

Confutatio

poteſt. nam videtur illa definitio eſſe data a poſteriori. Poſſibile enim ideo erit vel non erit, quia eſt poſſibile, & non quia erit quandoque & quandoque non erit poſſibile.

Põ Philonis.

¶Philon inquit, poſſibile eſſe aut quod iam exiuit ad actum, aut quod poteſt exire, & ſi nunquàm exiet, ſicuti dicimus ſenſibile eſſe, quod eſt in profundum hoſtiũ.

Confutatio

¶Nec hæc videtur competens. nam non diſtinguit inter poſſibile & ineſſe, ſed confundit omnia.

Põ boetij

¶Ex Boetij commentationibus ſumit multifarius ſignificatus verbi poſſibilis, vnus quidem, eſt eius quod non eſt, poteſt tamen eſſe, vt naualem pugnam eſſe. Alius, eius quod actu eſt, & non poteſt deficere, vt cygnum eſſe album, & ſolẽ oriri. Alius, eius quod actu eſt, & poteſt non eſſe, quod dicitur poſſibile non eſſe, vt Socratem mori, ſi viuit. vltimus, eius quod actu eſt, & nunquàm non erit, aliquando tamen nõ fuit, vt igni calor, aut niui frigus, aut animũ eſſe. Aliqñ.n non fuit, ſed poſtquàm eſt, nunq; deerit.

De definitione poſſibilis. Põ Albuma.

Iuſta igitur hos modos Albumaſarus, vt Auerroes narrat in paraphraſe primi priorum, ſic definitionem Ariſtotelis intelligit. contingens eſt poſſibile non neceſſarium, quo, poſito in eſſe, nullum ſequitur impoſſibile. Ait enim poſſibile genus eſſe ipſius contingentis. nam vt ait, omne contingens eſt poſſibile, & non econtra, quia poſſibile ſequens ad neceſſarium eſt poſſibile, qđ quidẽ non eſt contingens. Additur vero non neceſſarium loco differentiæ, hoc enim differt a neceſſario. Illa vero particula, quo poſito ineſſe nullum ſequitur impoſſibile, eſt proprium contingentis.

Confutatio

¶Sed hæc expoſitio dupliciter peccat. Primo, quia poſſibile & contingens ſemper gręci ſumunt pro eodem. Solum enim, vt Porphyrius dicit, differunt quòd poſſibile poteſt infinitari, ipſum vero contingens non. Secundo videtur illa particula ſuperflua. videlicet quo poſito ineſſe nullum ſequitur impoſſibile. Potius enim deberet dicere. quo poſito in non eſſe, nullum ſequitur impoſſibile.

Expoſitio Auer.

¶Auerroes vero intelligit, per quo non exiſtente neceſſario, genus contingentis ſiue poſſibilis, quod eſt non neceſſarium. Omne enim contigens eſt non neceſſarium, & non econtra. Impoſſibile enim non neceſſarium eſt. Per id quod dicit poſito autem ineſſe nullum ſequitur impoſſibile, intelligit differentiam, et ſic poſſibile ſiue contingens eſt non neceſſarium nec impoſſibile. Hãc expõnem intelligit Philoponus ibidem, cum inquit. Ariſt. autem media via vſus eſt, & ſignificatum poſſibilis aſſignauit eſſe id quod nondum exiuit, poteſt tamen exire. Quare poſe eſſe, eſt quod non exiuit & poteſt exire, vt nauale bellum eſſe. Poſſibile non eẽ, eſt quod exiſtit, & poteſt non eſſe, vt Socratem mori, vel nõ viuere.

Quid ſit ineſſe.

¶Conſequenter per hęc patet, quid ſit ineſſe. Eſt.n. ineſſe, poſſibile poſitum in actu, vt hominem currere. Nõ ineſſe vero, poſſibile non eſſe ad actum deuẽtum. Hoc aũt gręce ẽ eine, eo quia ineſſe ẽ, aut meeine, cum nõ ſit actu.

Quid neceſſariũ.

¶Ipſum vero neceſſariũ, quod gręce ẽ anagcaeon, ſi quidem eſt, & non põt non eſſe, ipſum neceſſarium eſſe erit. Siquidem non eſt, & non põt eẽ, ipſum impoſſibile, ſiue neceſſarium non eſſe erit. Hęc de poſſibili contingẽti, neceſſario, & impoſſibili.

An modalis ſit de ſenſu diuiſo ve cõpoſito. Põ ſorticolarum.

¶Conſequẽter an modalis ſit duplex de ſenſu compoſito vel diuiſo, tranſigamus. Sorticolę itaq; communiter omnes propoſitionẽ modalem omnem volunt eẽ diſtinguẽdam, quoniam alia ẽ de ſenſu diuiſo, cũ modus mediat. Alia ẽ de ſenſu compoſito cum pręcedit, aut ſequitur. quibus Ariſtoteles ſecundo elẽchorum, capite ſecundo aſſentire videtur, dicẽs. ſecundum compoſitionẽ ſunt huiſmodi. ut poſſe ſedẽtẽ ambulare, & nõ ſcribentẽ ſcibere. Non enim idem ſignificat, ſi diuidẽs quis dicat, & componẽs, & ita tales propoſitiones habere videtur ſenſum duplicẽ, quorum quidẽ differẽtiam nunc omitto, quia plurima ab illis paſſim ſcribuntur.

Cõfutatio.

¶Ego vero poſt tantum circa Ariſt. libros, gręcos quoq; ſuos expoſitores ſtudium atq; laborẽ non memini me legiſſe eiuſmodi nugas, quæ mentem ĩpediunt a philoſophia, & animum confundunt. Dico tamen Alexandrum aphrodiſium, Philoponũ, atq; Auerroẽ, cęteroſq; peripatheticos feciſſe vim eiuſmodi propoſitione. neceſſario currẽs ambulat, nam currẽs et ambulans poſſunt aliquando ſumi pro ſubiecto, cui ambulatio & curſus accidunt, aliquando pro accidente ipſo, ambulatione videlicet & curſu. Siquidem pro ſubiecto, aiunt contingenter ambulans currere, ſiue currẽs moueri. ſi pro accidẽtibus neceſſario ambulãs mouet. nã ambulãs

neceſſario

neceſſario mouetur quatenus ambulat. Si igitur ſorticolæ ſenſum compoſitum vocẽt, quando extrema pro accidẽtibus ſumuntur, peripathetice loquuntur. Siĩr quoq; ſi ſenſum diuiſum velint pro ſubiectis, etiam bene dicunt, & nec Ariſt. nec expoſitoribus contradicunt. hoc .n. modo Ariſt. loquitur in libro elenchorũ. in libro.n. priorum, cum hi ſenſus ad ſyllogiſticam formam differẽtiam non faciãt. ab Ariſt. non diſtinguuntur. In libro vero elẽchorum cum ad paralogiſmos cõducat ibidem diſtinguit.

Quid ſorti. de modalibus.

¶Vlterius ſorticolę dicunt illam de ſenſu cõpoſito eẽ de ineſſe. nõ autẽ modalẽ. Auteam de ſenſu diuiſo, ſolam faciunt modalem.

Cõfutatio.

¶Quod quidem deliramentum eſt. Primo, quia Ariſto. modos appoſitiones vocat ſe habentes, ut eſſe & non eſſe in illis de ineſſe, & non diſtinguit ſenſum aliquem. etiam nec expoſitor vllus gręcus. ¶Secundo, ſi eiuſmodi eſſent de ineſſe, tunc Ariſt. in libro primo priorum tales nõ doceret ſyllogizare niſi in ſyllogiſmis de ineſſe. Vbi conſtat illum non has ſyllogizare in puris de ineſſe. ¶Tertio, tunc in ijs contradictio eſſet ſumenda penes dictum & non penes modum, quod Ariſt. non cõcederet. ¶Quarto, tunc tales probarentur ſecundum exigentiam primi termini, & nõ officiabiliter, ut ſorticolę aiunt. Demum nec Alexander, nec Auerroes, nec Philoponus hęc ſentiunt in libro priorum, nec hic.

De ſitu modi.

¶Et đ ſitu modi agamus, ab Ariſt. itaq; apte habemus tales modos eſſe proſtheſes ſiue prędicationes, ſiue oppoſitiones. Quare ſi gręcos ſectabimur. modos ſemper in primo loco ſtatuemus, veluti verbum in illis de ineſſe. Si latinos, ponemus in fine vt Boe. ſeruat.

Sorticolarum poſitio.

¶Sunt tamẽ nõnulli, qui volunt hos modos dum præcedunt, facere cõpoſitionem. dum vero ſequuntur, aut mediant facere diuiſionẽ, quod quidẽ friuolum eſſe ex dictis patet.

Põ ꝓpria

¶Nos enim cũ peripatheticis dicimus ꝙ vbicunq; ponuntur eodẽ modo ſunt. nomina enim & verba tranſpoſita idem ſignificãt. ſemper tamẽ vbicunq; ſint, multiplicem propoſitionẽ efficiunt, quatenus ſubiectum poteſt ſumi pro ſubiecto & materia, & pro accidente, ut diximus, quod quidem ad rẽ ſyllogiſticam non refert.

Quomodo modi efficiant modales. prima poſitio.

¶Et quonam modo tales modi modales efficiant propoſitiones dicamus. Sorticolę itaq; aiunt modos, tũc efficere propoſitiones modales, cum aduerbialiter tenẽtur. Mouẽtur, quia aduerbialiter tenta ſunt ſyncathegoremata, nominaliter vero ſumpta, ſunt cathegoremata. Propterea dicunt eiuſmodi, hominem comedere eſt cõtingens, aut ſolẽ oriri eſt neceſſarium, eſſe de ineſſe, & nõ modales, niſi ſecundũ quid, & metaphrorice, velut homo pictus eſt homo. Hę vero ſunt modales cõtigẽter homo currit. neceſſario ſol oritur, & id genus. Pro his ſolebamus arguere. primo, quia ĩ qualibet illarum notatur prædicatum ineſſe ſubiecto. igitur ẽ de ineſſe. Secundo, facio hunc ſyllogiſmum. omne cõtingẽs eſt poſſibile. hominem currere eſt contingẽs, igitur hominem currere eſt poſſibile, hic nãq; ſyllogiſmus eſt in ſpecie ſyllogiſmorum, & de ineſſe, igitur illę propoſitiones ſunt de ineſſe. Tertio, tũc ꝓpoſitio cõtingẽs conuerteretur in terminis cõtra Ariſto. primo priorum. quia bene ſequitur hominem currere eſt contingens. igitur contingens eſt hominem currere. Quarto, hęc cõuertitur, b, eſt a, igitur nullum a, eſt b. ſed quoduis horum poteſt eẽ ſubiectum huius nominis contingẽs, igitur bene valet. nullum a, b, eſt cõtingens, igitur nullum contingẽs eſt a, b, Quinto, valet aliquid poſſibile eſt hominẽ currere. igitur hominem currere eſt poſſibile, Multa alia dicuntur, quę cum ſint friuola, omitto.

Cõfutatio.

¶Sed hæc poſitio ſtulta eſt, & ſtultiſſimum eſt contra eam eſſe ſollicitum, primo topicorum, Boetius .n. Ammonius, Porphyrius nullã vim faciunt ĩ talibus, quocunq; modo illi modi ſumantur. Omnes.n. dicunt idem ſignificare iuſtum & iuſte, idem bonum & bene, & per conſequens idem ſignificat contingẽs quod contingenter, neceſſarium quod neceſſario.

propria poſitio.

¶Dico igitur, ꝙ Ariſt. nec illas vocat modales, nec has de ineſſe, ſed ſolum ait alias eſſe de ineſſe, alias de neceſſario ineſſe, alias de poſſibili ineſſe. Quicquid tamẽ ſit ſectando ſorticolas, dicerem tales propoſitiones poſſe accipi ſecundum ſe totas, & hoc modo hæc eſt de ineſſe, neceſſarium eſt ſolem oriri, & id genus. aut ſecundum dicta, quibus modi appoſitiones ſunt, ſiue prędicationes, & tunc ſunt modales. Qua ratione patet argumenta nulla eſſe.

Penes quid contradictio.

¶Penes quid vero contradictio in talibus ſumenda ſit, dicamus. Anonymi, quos narrat Philoponus primo priorũ, dixerunt in illis de contingenti vel poſſibili contradictionem eſſe ſumendam per negationem propoſitam toti ſemper. In illis de neceſſario ineſſe dupliciter, pręponendo modo, & pręponendo verbo, hę enim contradicunt, neceſſario omnis homo eſt animal, & neceſſario quidam homo non eſt animal, velut illæ, neceſſario omnis homo eſt animal, non neceſſario omnis homo eſt animal. Pro ijs facit Ariſt. primo priorũ. vbi docet ſyllogizare in quarto ſecundæ, & quinto tertię, & docet reducere eos per oppoſitum concluſionis in his de neceſſario ineſſe, ei dum ſumit oppoſitum, accepit contradictorium in dicto, & non in modo. Amplius Ariſt. docet ſyllogizare ex puris neceſſarijs in ſecunda figura, ex contingentibus vero, dicit nihil in illa ſyllogizari, hoc autem non eſſet, ſi vis neceſſarię eſſet vis affirmationis.

Sol. propria.

¶Idcirco abſolute apud Ariſto, dico, ꝙ contradictio ſumi debet penes negationem vel affirmationem modi. ſunt autem modi ſex, poſſibile, contingens, neceſſarium, impoſſibile, verum, falſum, licet verum & falſum ſint modi ſecundum vſum, non ſecundum veritatem cum reducantur ad illos, vt diximus. Quare quęlibet modalis poteſt eſſe, aut tota affirmatiua, quotiens modus & dictum ſunt ambo affirmationes, aut tota negatiua, cum modus et dictum negantur, aut partim affirmatiua & partim negatiua, cum vel modus vel dictum affirmatur, cęterum negatur. Abſolute tamen ſumenda ẽ contradictio penes modos. ¶Tunc ad rationes, ad primam dico, ꝙ docet reducere illas per contradictorium dicti, quoniam vis illius ẽ maior quàm virtus illarum de ineſſe. ¶Ad ſecundum, non eſt abſurdum ſyllogizare ex affirmationibus in ſecunda figura in aliquibus modalibus, quando dicta illarum habent vim propoſitionum de ineſſe. In contingentibus vero non ſic, quoniam dictum contingentis non poteſt habere vim propoſitionis negatiuæ de ineſſe, cum conuertatur ad oppoſitam qualitatem.

De quantitate. põ prima.

¶Et de quantitate talium agamus, dicunt itaque ſorticolarum nonnulli, tales enuntiationes ſiue propoſitiones nullius eſſe quantitatis. Mouentur, quia terminus ſubiectus ſuſpenditur a ꝓpria denominatione. Amplius, quia non menſuratur a propria acceptione reſpectu ſuppoſitorum, & ita volunt tales enuntiationes nullius eſſe quantitatis.

Cõfutatio.

¶Hęc poſitio non eſt peripathetica. Primo, quia Ariſtoteles vbique, vbi aut propoſitionem aut enuntiationem diuidit ſemper per vniuerſale & particulare & indefinitum diuiſit, & nullam excluſit. Amplius, omnis propoſitio vel enuntiatio ex materia conſtat & forma. Igitur ſicut ratione formæ dicitur qualis affirmatiua, videlicet vel negatiua, ita ratione materiæ dicetur quanta vniuerſalis, videlicet, vel particularis, aut indefinita. Tertio, ex non quantitatis non fit ſyllogiſmus, aliter non regularetur per dictum de omni vel de nullo, & eſſe in toto.

ꝓpria põ

¶Poteſt igitur dici & peripathetice, quòd in talibus poteſt notari quantitas triplex. Vna penes modum. Alia, ratione ſubiecti ipſius dicti. Tertia, reſpectu totius dicti, quatenus ẽ vnum ſingulare dictum reſpectu illius propoſitionis. Si reſpectu modi, neceſſarium & impoſſibile faciunt vniuerſalem, quoniam pro omnibus ſuppoſitis

temporis, vt Auerroes inquit in libro priorum, ut deum esse est necessarium, quoniam in omni differentia temporis. Similiter & hęc. impossibile est hominem esse equum, quia in nulla differentia tēporis erit vel est vel fuit equus. Hæ sunt particulares, contingens esse, possibile esse, quia pro aliquibus differentijs temporum. Si respectu subiecti dicti, sic erit quanta iuxta signi subiecto additi naturam. Et pro hac docet syllogizare. Aristoteles in prioribus. Si vero respectu totius dicti, sic est singulare, quoniam vt sic dictum singulariter tentum subijcitur, modus prędicatur vt sentit. Boetius. Per hęc patet solutio ad obiecta. ¶ Et de oppositionibus dicamus, est enim maximum dubium, cur Aristoteles solum docuit contradictionem sumere, & non contrarietatem, uel alias oppositiones. Patet enim q̃ hoc ideo fecit, quia loquitur de his secundum se totas, & cum vt sic sunt solum singulares, & in singularibus nulla sit oppositio nisi contradictoria, ideo docuit solum contradictionem. Hęc de modalibus.

De oppositione

¶ *Consequentiæ uero etiam per rationem fiunt hoc modo ponentibus. Ad illam enim quæ est possibile esse hæc sequitur quæ est contingens esse. Atque hæc cum illa conuertitur. uidelicet & non impossibile esse, & non necessarium esse. Et uero quæ est possibile non esse, & contingens non esse, ea quæ est non necessarium non esse, & illa quæ est non impossibile non esse. Illi præterea quæ est non possibile esse, & non contingens esse, ea quæ est nececessariuu non esse, & impossibile esse. Et rursus quæ est non possibile non esse, & non contingens non esse, illa quæ est necessarium esse, & impossibile non esse. Consideretur autem quod dicunt ex subscriptione hac.*



¶ De quo igitur nunc Aristoteles agit, videtur ambiguū, nonnulli volunt. Aristotelem nunc agere de ęquipollentijs. Sed hoc non placet. Nam apud sorticolas ęquipollentia inuenta est vt ignotior propositio ad notiorem trāsferatur. Modo Aristoteles docet transferre non tantum ignotiorem ad notiorem, sed econuerso indifferenter. Philoponus appellat inscriptionem pręsentem conuersionem, qua. videlicet vna propositio in aliam vertitur. Aristoteles vero hacolouthefes hoc est consequentias, & hantistrephes, hoc est conuersiones. Quoniam vna ad alteram & econuerso sequitur. Videtur igitur intentio partis de consequentijs conuersiuis modalium esse. Ante igitur quàm ad rei veritatem veniat, primo constituit ordines & consequentias secundum antiquos, quos grēci volunt fuisse stoicos, deinceps circa illam figuram disputat quid bene & quid male dictum est, ponendo regulas conuersionum atq̃ consequentiarum. Et hoc proponit, dicens. Consequentiæ vero etiam per rationem fiunt hoc modo possentibus, & subdit regulas illorum, quę ex subscriptione apparet. Vbi debes scire primo, q̃ omnia quadrangula ipsorum. aaaaa. ab ipsius stoicis vt antecedentia statuebantur. Omnia vero ipsorum. bbbbb. vt consequentia cōuersim collocabantur. Secundo debes scire q̃ consequentiæ & omnia quę dicuntur de his, accipiuntur p̃ terminos transcendentes esse. videlicet & non esse, vt sint communes ad omnes alios prędicamentales, cuiusuis quantitatis sint, si tamen velles posses terminos specificare ad libitum. Reliqua verba textus ex subscriptione figuræ patēt.

Com. 35.



¶ *Ipsum igitur impossibile atque non impossibile ad ipsum contingens atque possibile, & rursus ad non contingens & non possibile, sequuntur quidem contradictoriæ: conuersim tamen. Nam ad ipsum possibile esse, ea negatio ipsius impossibilis sequitur, quæ est non impossibile esse. Ad negatione uero affirmatio. Ad non possibile nanque esse, impossibile esse, quia impossibile esse affirmatio est. Non impossibile uero negatio.*

¶ Subscriptio. Aristotelis possibilium & contingentium cum ipso impossibili.

¶ Corrigit





Com. 36.

¶ Corrigit dictam positionem, & vult esse veram quo ad omnia quę dixit de possibili & contingenti, & de ipso impossibili. ¶ In quibus verbis innuit duas regulas. Prima: contingens quouis modo sumptum conuertitur cum possibili eodem modo sumpto. causa est, quia sunt idem omnino non differunt, vt Porphyrius dixit: nisi quia possibile infinitari potes sine particula negatiua: contingens vero minime. Non enim dicimus incontingens, vt dicimus impossibile, sed dicimus non contingens. Quare possibile esse & contingens esse primi anguli siue quadrāguli ipsorum a, conuertuntur. Sic singulę singulorum quadrangulorum eiusdem lateris. Hanc regulam non explicat Aristoteles: sed dat eam intelligere. Secunda regula. possibile et impossibile sese sequuntur contradictorię, hoc est per negationem prepositam. Seruatis enim dictis eodem modo quo ad qualitatem et quantitatem: fiunt ęquipollentes et conuertibiles per solam negationem præpositam. ¶ Huius declaratio est q̃ possibile siue contingens ad ipsum impossibile se habet contradictoriæ. Dicebamus enim q̃ in modalibus est triplex quantitas: quarum vna est respectu suppositorum temporum. Et de hac Aristoteles loquitur hic: et hoc modo impossibile est vniuersale ad nullam differentiam temporis, contingens vel possibile particulare ad quasdam differentias temporum. Necessarium vero vniuersale ad omnem differentiam temporum, quare recte dicit quòd ęquipollentia cōtingentis siue possibilis ad ipsum impossibile accipitur contradictorie hoc est per negationem prepositam modo, quia possibile ad ipsum impossibile se habet contradictorie. inquit. Ipsum igitur impossibile se atque non impossibile ad ipsum contingens atque possibile, et rursus ad non contingens et non possibile, sequuntur quidem contradictoriæ singula singulis distribuendo, vt non possibile ad impossibile, non impossibile ad possibile, & de contingenti eodem modo. Addit conuersim tamen, quia non modo ęquipollenter sed conuertibiliter sese sequuntur. Huius expositionem subscribit dicens, nam ad ipsum possibile esse, ea negatio ipsius impossibilis sequitur, quæ est non impossibile esse. Ad negationem vero affirmatio vt ad non possibile esse, impossibile esse. Quia impossibile esse affirmatio est, non impossibile vero negatio. Sic igitur quo ad has duas regulas stoici recte sensere.

Prima regule.

Secunda regula.

Declaratio regule.

¶ *Ad ipsum necessarium quo nam modo se habeat, considerandum est. Perspicuum itaque ipsum non illo modo sese habere. Nam contrarie quidem sequitur, contradictorie uero non.*

¶ Nunc quo nam modo ipsum necessarium se habeat ad ipsum impossibile declarat. Et ponit talem regulam tertiam quòd necessarium & impossibile sese sequuntur conuersim contrarie, non autem contradictorie. Hoc est per negationem postpositam modo, & non per negationem prepositam. ¶ Huius regulę ratio est, quia necessarium & impossibile opponuntur contrarie, quia impossibile pro nullo supposito temporis, necessarium pro omni supposito temporis, ideo æquipollentię erunt per negationem postpositam, ea ratione. videlicet qua fit in contrariis. Et in hoc patet erroror dictę figurę. inquit. At ipsum necessarium quonam modo se habeat, considerandum est. Perspicuum itaque ipsum non illo modo sese habere quo impossibile & possibile se habent, nam contrarie quidem ipsum necessarium sequitur ad ipsum impossibile. contradictorie vero sequitur, siue vt in grēco iacet, contradictorie per negationē prepositā est extra, & non se inferunt.

Cō. 37. Tertia regula

Ratio regule.

¶ *Neque enim eius quod est necesse non esse, negatio erit non necesse esse. Possunt enim ambæ de eodem esse uere. Nam id quod est necessarium non esse, est non necessarium esse.*

¶ Obiciet quis contra Aristotelem. nam necesse est non esse contradicit illi quod est necesse esse, igitur ęquipollet illi, non necesse est esse. Equipollet illi, non necesse est esse. Igitur non æquipollet illi, impossibile est esse, quoniam vnius propositionis vna est ęquipollentia. Respondet negando assumptum quòd hęc, necesse est non esse, contradicat illi, non necesse est esse. Immo vt dicit stant simul, quoniam hominem esse ęquum est necessarium non esse, & non necessarium esse, quia non necessariū esse est possibile altū, quod sequitur ad impossibile secūm vnum dimidium, & ad necessarium secūm aliud. inquit. Neque enim eius quod est necesse non esse, negatio erit non necesse esse. Possunt enim ambę de eodem esse verę, nam id quod est necessarium non esse, vt hominem esse equum est non necessarium esse, hoc est contingens altum, quod secundum alterum dimidium predicatur de impossibili, secundum alterum de necessario.

Cō. 38. 39.

¶ *Causa uero cur non sese sequantur quemadmodum cæteræ, est, quia ipsum impossibile contrarie sumptum æquipollens reditur ipsi necessario. Nam quod impossibile est esse, non quidem*

ipsi necesse esse, sed potius ipsi necesse non esse, æquipollet. At quod impossibile est non esse, hoc necessarium est esse. Quare ut ea illa ratione se sequuntur possibile uidelicet & non possibile, ita hæc contrarie. Quoniam illo modo non significabunt idē necessarium & impossibile, sed modo nunc dicto conuertuntur.

Cō.39. ¶ Nunc reddit causam tertię regulę. & quia ex dictis patet. Lego literam. Causa vero cur non se sequuntur hęc de necessario & illa de impossibili, quemadmodū ceteræ videlicet per negationem præpositā, est, quia ipsum impossibile cōtrarie sumptum per negationē postpositā æquipollens redditur ipsi necessario, nam quod impossibile ē esse, non quidē ipsi necesse esse, sed potius ipsi necesse non esse æquipollet. At quod impossibile est non esse, hoc necessarium est esse. Ideo infert regulas ambas dicens. Quare vt ea videlicet possibile & non possibile illa ratione per negationem præpositam se sequuntur, ita hæc contrarie per negationem postpositam, quoniam illo modo sumpta ꝑ præpositam negationem non significabunt idem, sed modo nunc dicto per propositam negationem conuertuntur.

¶ An impossibile ē sic poni ipsius necessarij cōtradictiones. Nā ad ipsum quidē necessarium esse, sequitur possibile esse. Si enim non sequitur illius negatio sequetur. Cū sit necessarium aut affirmare aut negare. Quare si non possibile est esse, impossibile est esse. Igitur id quod necesse est esse, impossibile est esse, quod quidem est absurdum.

Com.40. ¶ Nūc disputat quo nam modo ipsum necessarium coordinetur cum ipso possibili. Et probat ꝙ non bene ordinatur, vt fecerunt stoici in primo angulo sine quadrangulo lateris ipsorū. c. Illi enim volebāt hęc se mutuo sequi possibile esse & non necesse est esse, probat igitur quod negatio præposita non facit æquipollentiam in his. Et vtitur tali enthimemate, ad necessarium esse sequitur possibile esse, igitur ipsum possibile esse non sequit ad ipsum non necessarium esse, per regulam prioristicam. nihil vnum sequitur ad duo contradictoria. Quia autem possibile esse sequatur ad necessarium esse, probat, quia si non sequitur ipsum possibile esse ad illud, sequitur ad illud non possibile esse, quoniam si vnum contradictoriorum nō sequitur. Alterum ad illud sequi necesse est. Quia si ad necesse esse sequitur non possibile esse, tunc sequitur impossibile esse, per regulam traditam paulo ante. & ita ad necesse esse sequetur impossibile esse. inquit. An impossibile est sic poni ipsius necessarij contradictiones videlicet per negationem prępositam, vt stoici. fecerunt, quod probat dicēs. nam. ad ipsum quidem necessarium esse, sequitur possibile esse, subaudi tu. igitur ipsum possibile esse non sequitur ad non necesse esse, per regulā prioristicam. nullum vnum sequitur ad duo contradictoria. Quia autem possibile esse sequetur ad necesse esse, probat dicens. si enim non sequitur illius negatio sequitur videlicet non possibile esse, cum de quolibet sit necessarium aut affirmare aut negare. Et ita sequetur ad necesse esse non possibile esse, quasi si non possibile est esse, hoc est quare si ad necesse esse, sequitur non possibile est esse, sequetur impossibile esse, quia non possibile esse, & impossibile esse æquipollent, per regulam secundam. Igitur id quod necesse est esse, impossibile est esse, quod quidem est absurdum, & ita oportet dicere ad necesse esse sequi possibile esse, & ꝑ cōsequens ipsum possibile eē non sequetur ad non necesse eē. Quia nihil sequit vel conuertit cū duobus cōtradictorijs.

¶ Insuper etiam ad possibile esse sequitur non impossibile esse, ad hoc autem non necessarium esse sequebatur, quare fieri posset ut id quod necessarium est, non necessarium sit, quod quidem est absurdum.

¶ Secundo arguit. possibile esse sequitur ad necesse esse, igitur ad possibile esse non sequitur non necesse esse. deducit, quia vbi possibile sequitur ad necesse esse, valet necesse est esse. igitur possibile est esse. Vltra. possibile est esse, igitur non impossibile est esse, per secundam regulam. Vltra. non impossibile est esse, igitur non necessarium est esse, quia per stoicos non necesse esse, & non impossibile esse conuertebantur, & ponuntur in vno angulo. Quare si possibile sequetur & conuertetur cum non necesse esse, cum ipsum sequatur ad necesse esse, tunc ad necesse esse sequetur non necesse esse. Sic igitur per duas rationes patet hęc non conuerti, possibile esse, & non necesse esse. inquit. Insuper etiam subaudi ad necesse esse sequitur possibile esse, igitur non necesse esse non sequitur ad possibile esse, quod deducit dicens, ad possibile esse sequitur non impossibile esse. ad hoc per stoicos non necesse esse sequebatur, quare fieri posset vt id quod necessarium est, non necessarium sit. Cō.41.

¶ At uero neque necesse esse sequitur ad possibile. esse. Nec ad idem sequitur necesse non esse. Ei nanque utrunque accidere potest, horum uero utrumuis uerum sit, non erunt profecto illa uera, id enim simul possibile est esse, & non esse. At necessarium si est uel non est, non erit ad utrunque possibile.

¶ Hactenus fortasse probauit quòd possibile esse, & non necesse eē non conuertuntur sumendo possibile pro possibili alto, nunc quòd sumendo possibile pro contingenti ad vtrumque, probat etiam quòd non conuertitur cum necesse esse, nec cum necesse non esse. vtitur autem tali ratione. quodlibet contingens hoc modo sumptum est ad vtrunque. Necessarium non est ad vtrunque siue sit necesse esse siue necesse non esse, igitur necesse esse non potest conuerti cum possibili, nec necesse non esse. inquit. At vero neque necesse esse sequitur conuersim ad possibile esse, nec ad ipsum idem possibile sequitur necesse non esse. Deinde accipit maiorem dicens, ei nanque videlicet possibili esse vtrunque accidere potest, quia conuertitur ad oppositam qualitatem. hęc est maior. Deinde sumit minorem dicens. horum vero vtrumuis videlicet. vel necesse esse vel necesse non esse verum sit, non erunt profecto illa vera, ambo videlicet esse & non esse, quod explicat dicens. id enim simul possibile est esse & non esse, quoniam possibile conuertitur ad vtrunque. Ad necessarium si est, vel non est, non erit ad vtrunque possibile, ipsum igitur necesse esse, & ipsum necesse non esse cum ipso possibili conuerti non potest. Com.42.

¶ Relinquitur igitur non necessarium non esse sequi ad possibile esse. Hoc nanque uerum est de eo quod est necesse esse.

¶ Ex dictis dat quartam regulam, quòd. videlicet negatio pręposita modo necessitatis, & postposita facit æquipollere ipsi de possibili esse. Huius causa est, quia necesse esse, & possibile esse se habent vt subalternæ. nam ipsum necesse esse est vniuersale temporis, ipsum possibili esse est particulare. Sed negatio præposita & postposita facit Cō.43. Quarta regula.

sita facit æquipollere suo subalterno. Hęc igitur conuertuntur. non necesse non esse, & possibile esse. Et hę. non possibile non esse, & necesse esse. ¶ Sed dices possibile esse stat cum necesse esse, & cum ipso necesse esse non stat ipsum non necesse non esse, quasi soluens inquit. Hoc nanq; videlicet non necesse non esse verum est de eo q̄ est necesse esse, aut fortasse sic intelligit. hoc nanq; hoc est non possibile non esse verum est de eo, quod est necesse esse. Sic igitur in his accipitur æquipollentia per negationem prępositam & postpositam. Et ita patet quarta regula.

¶ Hac enim etiam ratione contradictio fit ei quæ sequitur ad non possibile esse. Ad illud enim sequitur impossibile esse, & necessarium non esse. Cuius negatio est non necessarium non esse. Igitur & hę contradictiones modo dicto se sequuntur, atque nihil impossibile sequetur, si sic ponantur.

Com.44. ¶ Persuadet responsionem & regulam datam videlicet quod non necesse non esse æquipolleat ad possibile esse. Et ait. quia hæc contradicit illi, non possibile esse. igitur sequitur ad hanc. possibile esse, quicquid enim contradicit vni contradictoriorum stat cum altero. Quia autem contradicat ad non possibile esse, declarat, quia non possibile esse, & impossibile esse, & necessarium non esse conuertuntur. modo non necesse non esse contradicit illi. necesse non esse, nihil enim verius est contradicere quàm per negationem præpositam, & ita hę contradicunt. necesse non esse, & non necesse non esse. quare hęc contradicit illi. impossibile esse, & non possibile esse. quod erat probatio nostra. inquit. Hac enim etiam ratione ipsum non necesse non esse contradictio fit ei quæ sequitur siue est idem cum non possibile esse. Et ita si hæc. non necesse non esse, contradicit illi. nō possibile esse stabit cum hac. videlicet possibile esse, quia possibile esse & non possibile esse contradicunt. Quia autem non necesse non esse contradicat ad non possibile esse, probat. dices. ad illud enim. videlicet non possibile esse, sequitur impossibile esse per secundam regulam, & necessarium non esse per tertiam regulam. Cuius necesse non esse negatio est per prepositam particulam non necessarium non esse. Igitur concludit, & hę contradictiones modo dicto se sequuntur, atque nihil impossibile sequetur, si sic ponantur. Est igitur vis rationis, non necesse non esse contradicit ad non possibile esse igitur stat conuersim cum possibile esse. Quarta itaque regula est. negatio pręposita & postposita facit conuersionem in his de necessario & possibili.

¶ Dubitauit autem quispiam utrum ad necesse esse ipsum possibile esse sequatur. Nam si non sequitur, contradictio. uidelicet non possibile esse sequetur. Et si quis dicat non hac contradictionem necesse erit eum dicere contradictionem esse hanc uidelicet possibile nō esse, quæ quidē ambæ de ipso nec esse falsæ sunt.

Com.45. ¶ Quoniam accepit ad necesse esse sequi possibile. Idcirco dubitat vtrum ad necesse esse sequatur possibile. Et primo arguit quod sic. nam si ad necesse esse non sequitur possibile esse, sequetur suum contradictorium. videlicet non possibile esse, ꝑ regulam contradictoriarum quę dicit ꝙ de quolibet dicitur alterum. Vltra. ad necesse esse sequtur nō possibile esse. igitur sequetur impossibile esse, per regulam æquipollentiarum. non possible esse dicentem valere impossibile esse, quod est absurdum. Dices forte quòd contradictorium eius quod est possibile esse, est illud possibile non esse. per negationem postpositam, & licet hoc sit contra regulam secundam. probat etiam non esse bene dictum. Et inquit quòd etiam hæc repugnat ad necesse, esse, non enim stant simul necesse esse, & possibile non esse. Per hanc itaque rationem possibile esse videtur sequi ad necessarium esse.

¶ At uero rursus id quod idem est diuidi & non diuidi, atque esse & non possibile uidetur. quare ipsum necesse esse, erit contingens non esse, quod quidem falsum est.

¶ Ad oppositum arguit & probat quòd necesse esse non sit possibile esse. nam possibile esse est ad vtrunque. Ipsum necesse esse est ad vnum. Non igitur potest necesse esse dici possibile esse, quia etiam diceretur possibile non esse. Et ita videtur quæstio dubia pro vtraque sui parte. Com.46.

¶ Perspicuum itaque non omne quod potest aut esse aut ambulare, etiam opposita ualere. Sunt enim quædam in quibus non est uerum. Primum quidem in iis quæ non per rationem possunt, ut ignis potest calefacere, & potentiam habet irrationabilem. Hæ itaque potentiæ quæ per rationem sunt, eædem etiam plurimorum sunt contrariorum. Quæ autem sine ratione sunt, non omnes tales erunt, quia (ut dictum est) ignis non potest calefacere et non calefacere. Nec cætera alia quæ agunt semper. Quædam tamen possunt etiam per irrationabiles potentias simul opposita suscipere. Dictum est autem hoc hac de causa, quia non omnis potentia oppositorum est susceptiua, neque omnes eædem specie dicuntur.

¶ Soluit quęstionem, vbi debes scire quòd vt in græco dinaton hoc est possibile deriuatur a diname hoc est potentia, sic apud nos possibile dicitur a potentia, vt igitur potentia est multiplex, sic possibile erit multiplex. Potentia vero est quædam actiua quędam passiua. Rursus siue actiua siue passiua. est alia rationalis, alia irrationalis. Potentia itaque actiua irrationalis omnino est determinata ad esse, qua ratione dicetur potentia secundum dimidium. Passiua vero siue rationalis vt intellectus, siue irrationalis vt materia prima atque subiectum est indifferens ad opposita. Similiter actiua rationalis vt voluntas (vt nonnulli sentiunt) est ad opposita. Propterea inquit. dictum est autem hoc siue hęc diuisio de potentia ipsa dicta est ad inducandum quòd non omnis potentia oppositorum est susceptiua, neque omnes eędem specie dicuntur, vt visus & auditus alterius specie sunt aliæ eiusdem vt omnes visus, vel omnes intellectus humani. Quare vt potentia alia est ad vnum dimidium tantum, puta ad non esse. Alia est ad vtrunque, sic et possibile, quod denominatur a potentia iis modis dicetur. Hęc est solutio quęstionis. verba translatione patent. ¶ Quo vero ad verba ipsa greca attinet, verbum illud hosę, licet latine sit quęcunque. hic transtuli omnes, quia ad aures sonat magis. Com.47.

¶ Cum itaque potentiæ nonnullæ multiplices sint, ipsum quoque possibile non simpliciter erit. Sed aliud quidē cum in actu sic

*uerum erit, ceu pōt aliqđ ambulare,cū ambulat,et omnino ali-
quid potest esse,cum iam actu sit, quod quidē posse esse dicitur.
Aliud uero cum forsitan aget, ut potest quidpiam ambulare,
quia forsitan ambulabit.*

Cõ.48. ¶ Accepit ipsum possibile dici non vno modo, per hoc ꝙ
potentia non dicitur vno modo,nunc idem altius explican
do inquit.Cum itaq; potentiæ nonnullę multiplices sit,cū
alia sit ad vnum tantum,alia ad vtrunq;,ipsum quoque
possibile,quod a potentia traducitur, non simpliciter siue
vno modo erit,sed etiam multiplex.Verbum illud multi-
plices gręce est omonie,& licet latine sit,ęquiuoce,hic non
sonat vt ex positores & Boetius intelligūt.Vno igitur mo
do aliquid dicitur possibile pro eo quod ē de inesse, vt po
test aliquid ambulare vel esse,cum ambulat, aut est iam.
Alio modo dicitur pro eo quod nondum exiuit ad actum,
sed forsitan exibit. Vt potest quidpiam ambulare, quia
forsitan ambulabit.

¶ *Et hæ quidem potentia in rebus quæ mouentur duntaxat est.
Illa uero etiā in immobilibus. At per utrasq; uere dicitur ali-
quid pōt ambulare aut esse,atq; quod ambulat & iam actu est,
etiam ambulare potest.Possibile itaq; de ipso necessario hoc mo-
do non simpliciter uere dicetur.sed alio modo uere.Quare cum
ad particulare uniuersale sequatur, ad ipsum necesse esse seque-
tur possibile esse non tamen omne.*

Com.49. ¶ Tangit differentiam& conuenientiam inter dictas po-
tentias. & vult quod illa potentia quę est ad opposita so-
lum locum habeat in his quę mouētur, eiusmodi sunt cor
ruptibilia & variabilia. Potentia vero ad vnum tantum
etiam in immobilibus reperiri potest. Dicimus enim solē
posse oriri,deum posse esse,& talia. Ponit tamen conue-
nientiam ꝙ per ambas aliquid denominari potest possibi-
le,vt tam id quod nondum est, sed forsitan erit, quàm id
quod ambulat,& iam in actu dicitē posse ambulare. Tūc
quasi responsionē epilogando soluit ad formam.& inquit.
Possibile itaq; de ipso necessario hoc modo ad vtrunque
sumptum non simpliciter vere dicetur. Sed alio modo ve
re dicitur,cum accipitur pro dimidio.quare infert, cum ad
particulare vniuersale sequatur, ad ipsum necesse esse se-
quetur possibile eē,non tamen omne,sed secundum dimi-
dium. Videtur enim ipsum necesse eē vt particulare quid,
quia ad esse tantum,ipsum contingens vt vniuersale,quia
ad esse,& non esse. ¶ Quærunt iuniores vtrum necessa-
rium sit particulare respectu contingentis. Ego dicerem ꝙ
contigens & necessarium possunt considerari respectu sup
positorum temporis, & hac ratione ipsum necessarium ē
vniuersale,cum sit de omni tempore,ipsum vero cōtingēs
est particulare, cum sit de aliquo tempore. Aut respectu
suppositorum rei, & hoc modo contingens est vniuersa-
lius ipso necessario,cum competat mobilibus & immobi-
libus. Necessarium vero immobilibus tantum.

¶ *Est itaq; etiam principium omnibus forte rebus, quæ sunt aut
non sunt,ipsum necessarium atq; non necessarium, & reliqua ut
ad hæc consequentia consideranda sunt. Perspicuū nanq; est ex
ijs quæ diximus id quod est necesse esse,actu esse. Quare cum ea
quæ,sūt sēpiterna,priora sint,et qđ ē actu ipsa ptāte prius erit.*

Com.50. ¶ Stoici sumpserunt ordinem æquipollentiarum ab ipsis
contingentibus, & deinde per regulas contingentium de-
deruut ordines in alijs. Aristoteles igitur reprehendit eos,
& probat ordinem esse sumendum a necessarijs siue non
necessarijs. Immo declarat ipsa necessaria siue non necessa
ria esse prima consideratione,reliqua esse consideranda,ut
consequentia ad hæc. Syllogizat autem hunc in modum
sempiterna, & semper in actu sunt priora ijs quę potesta
te sunt. At necessarium est sempiternum & semper actu.
Igitur ipsum necessarium est primū ipso inesse, & ipsum
inesse actu prius ipsa potestate. Stoici igitur naturalem or
dinem non seruarunt in talibus eorum regulis.

¶ *Et hæc quidem sine potestate actu sunt,ut primæ substantiæ.
Alia uero actu cum potestate sunt, quæ quidem natura priora
sunt,tempore uero posteriora. Alia uero nunquàm actu sunt,sed
potestate duntaxat.*

¶ Rerum igitur ordinem hoc modo Arist.cōstituit.vt pri- Cō.51.
ma sint quę sine potestate actu sunt,et ī hoc ordine collo-
cant gręci subiectas diuinas atq; materia omnino separa-
tas. Post hęc & in secundo ordine sunt,q̄ actu quidē sunt.,
sed cum potestate.& in hoc ordine collocant corpora ipsa
quęuis. Hęc natura atq; præstantia potentiam, & subie-
ctum excellunt.materia.vero hæc tempore excedit, quod
cum non sit logicum,& metaphysicis omitto. Post hęc in
tertio ordine sunt possia eē, quę quidem non sunt, sed pos-
sunt esse,& hac ratione possia sunt,quia non sunt, & esse
possunt.Et in hoc ordine statuunt motus,tempus,trāsmu-
tationes.& id genus. Ab ijs triplex orta ē enuntiationum
materia. Alia quidem quando prędicatum inesse subiecto
dicitē,& non pōt nō inesse,quę materia dicit necessaria vel
impossibilis, si sit ad non esse. Alia ē quam prędicatū inest
subiecto actu,potest tamen non inesse.& hæc dicitur ma-
teria de insse. Tertia est in qua prędicatum non inest actu
subiecto,sed potest inesse,quę dicitur materia contingens.
Ad omnium eorum quæ dicta sunt declarationem descri-
bamus figuram quadrangularem.



¶ Circa igitur presentem figurā primo debes scire ꝙ ꝓpō-
nes in his positę sunt in terminis trāscēdētibus,ut sint cōes
ad oēs terminos,& ad oēs q̄titates.Hoc .n. dat intelligere
esse debere esse similes in oībus p̄ter qualitates & modos.
vn̄ pro regula in oībus in seruanda est, ut termini sint si-
miles,& quātitates similes,solūq; mō differunt,et q̄litate.
¶ Secundo debes scire ꝙ leges harū sunt oīno eędē vt illæ
de inesse,etiā quo ad subalternas, in quibus potius inferne
sequuntur supernas, q̄ econtra. ¶ Tertio debes scire ꝙ vt
in illis de inesse ęquipollentię accipiebantur per tres regu-
las in contradictorijs per negationem prępositā,in cōtra
rijs postpositā, in subalternis per prępositam & postpo-
sitam,"ita in his]. Quibus declaratis facile patet correptio
figuræ stoicorum,quę hoc modo subscribatur.

Possibile





¶ Hęc figura est secundum Aristotelis descriptionem,quæ
corrigit illam stoicorum.

¶ *Particula quinta.*

*VTrum uero contraria sit affirmatio negatio
ni,an affirmatio affirmationi,atq; oratio ora
tioni,ut illa quæ dicit.omnis homo est iustus.
illi quæ dicit omnis hō est iustus, an quæ di
cit.oīs homo est iustus.illi quæ dicit.omnis
homo est iniustus,aut ut callias est iustus,
& nō est callias iustus. callias iniustus est,quæ igitur nā harū
contraria est.*

Cō.52. DEBES scire ꝙ enuntiationes bifariā intelligūtur oppo-
ni.vno modo penes oppositū modū enūtiādi vt cōtrarię.
vt oīs homo est iustus.nullus homo est iustus, aut vt cō-
tradictoriæ,velut aliquis homo est iustus nullus hō est iu-
stus. Alio modo opponi pñt penes opposita p̄dicata q̄ di
cunē de eisdē subiectis, vt homo ē iustus hō est iniustus.
homo est bonus. homo est malus callias est albus. callias
est niger.equus est bonus. equus est non bonns, & tales.
Prima expositio questionis. iis acceptis quidam dubitationem Aristo.intelligunt positi
ue atque absolute. hoc modo .videlicet vtrum proposi-
tiones opponantur penes contrarium modum enuntiandi,
an penes contraria predicata, sed hoc stare non potest,
quoniam in hoc libro non semel questio est absoluta.
Cōfutatio ¶ Dictum est enim in primo,& hoc secundo, quod oppo
sitio solum est in propositionibus secundum oppositum
modum enuntiandi, & nō secundum opposita predicata,
quoniam enuntiationes oppositę secundum contraria prę
dicata possunt esse simul falsę. vt lignum est homo al-
bus.lignum est non homo albus. Cum igitur questio est
soluta, non videtur rationabile ꝙ rursus debeat repeti.
¶ Amplius hęc expositio solum intelligit de oppositione
contraria, quod etiam falsum est, cum Aristo. exem-
pla det in contradictoriis singularibus, & contrariis vni
uersalibus. ¶ Melius igitur videtur mihi quòd litera sit le- Expositio propria.
genda comparatiue, vt gręci legunt, cum enim Aristo.
declarauit enuntiationes bifariam opponi aut penes enun
tiandi modos, aut penes contraria predicata, petit nunc
que magis opponuntur hæ que opponuntur penes opposi
tos enuntiandi modos.vel illæ que opponūtur penes oppo
sita predicata. Rursus videtur quòd Arist.per enantia græ
ce intelligat omnes oppositionis species siue cōtrarias siue
contradictorias, vt exempla monstrant. ¶ Quęrunt hic Q.ō.
que oppositio sit inter propositiones, quarū vna sit ve
ra altera falsa. ¶ Respondent nonnulli talem oppositionem Responsio aliquorum persuasiones primæ positionis.
esse contrarietatem. hæ enim contrariantur apud eos. ho
mo est animal.homo est lignum. Persuadent primo quia
opponuntur,& non priuatiue nec relatiue nec contradi-
ctorię,igitur contrariæ. Secundo, illa oppositio consurgit
ex compositione propositionum facta ab anima, in qui-
bus non potest esse nisi contrarietas. Tertio que ponunt
aliquid non opponuntur contradictorię. Alterum enim
